

M



SCHOLA HEBRAICA

In qua

Per duas Grammaticæ Partes,

LEXICON RADICUM,

& aliquot

APPENDICES,

breviter & nervosè,

quamq; fieri potuit aptissimâ methodo,

docetur,


Quidquid ad perdiscendam linguam Sacram desiderari potest,


Conscripta

A


R. P. CASPARO KÜMMET

è Societate JESU.





Cum Gratia & Privilegio Sac. Cæs. Maiestatis & auctoritate Superiorum.



HERBIPOLI,
Excudit JOBUS HERTZ.
Prostat apud WOLFG. MAURITIUM ENDTERUM Bibliop. Noriberg.
Anno M. DC. LXXXVIII.

Augustinus Borler

Provinciæ Rhenanæ Superioris Societatis JESU Præpositus Provincialis.

Cùm Opusculum, cui titulus: *Schola Hebræa, in qua per duas Grammaticæ Partes &c.* à P. Casparo Kümmet è Societate JESU conscriptum aliquot ejusdem Societatis Sacerdotes recognoverint, ac in lucem edi posse judicaverint; potestate ad id mihi factâ ab Admodum Reverendo Patre Nostro Thyrso González Præposito Generali, facultatem concedo, ut typis mandentur. In quorum fidem has literas manu meâ subscriptas, atq; Officii mei sigillô munitas dedi Moguntiæ 12. Decembr. 1687.

(L.S.)

Augustinus Borler.

Admo-



Admodum Reverendo Patri in Chriſto

P. THYRSO GONZALEZ,

Societatis JESU Præpoſito Generali.



NEc ſapienter agerem, nec ſatis piè, ſi Scholam meam alterius Patrocinio, quàm Tuo crederem, Admodum Reverende Pater, qui meorum non tantùm, ſed ſtudiorum omnium, quibus Univerſa Societas noſtra diver-

ſiſſimis occupatur, ità Supremum ex officio Præſidem agis, ut Linguarum negotium quàm maximè & meritò ſatagas promovere. Etenim puſillus quidem Grex eſt minima Societas Jesu; ſed tamen magnô Spiritu animata diffunditur in omnes propemodùm Gentes, quæ ſub cœlo ſunt, auditque & loquitur magnalia Dei linguis, quas Europa non novit. Audit quâ parte Sol oritur, Indos, Chinenſes, Japonas: audit oppoſita ex parte Americanos variorum nominum Populos, quousque fermè Occidens navigantibus mutatô cum itineribus nomine paulatim fit Oriens:

riens: audit Boream verſus eos, qui Mexicanâ de ſtirpe Virginiam Floridamque incolunt, quique Novæ Hiſpaniæ Franciæque novis appellationibus gloriantur: audit ad plagam Meridionalem eos, qui hinc Africana, inde Peruana regna inhabitantes alteram ſtellam polarem ſibi nunquam occiduam ſpectant, quam Europæi totô cœlô non vident. Atque ità ſi barbaras non abhorret linguas Divinæ gloriæ ſalutisque Animarum causâ, quid mirum, ſi Domeſticas minimè negligit: eas inquam, quas, quia mortem Domini cum eo crucifixæ, primæ annunciârunt,

 runt,

runt, reliquaque Divina eloquia in fontibus exhibent, Ecclesia Deo Sacras & Suas cognominat: animata præsertim Summorum Pontificum, quorum Ancillam specialiter devotam se profitetur, gravissimis incitamentis: Quos inter nuper Sanctissimus Dominus noster Innocentius XI, cùm primùm Universalis Ecclesiæ gubernacula suscepisset, jussit Academicorum animos ad earundem linguarum studium incitari; quia ea res venientibus, ajebat, annis Ecclesiæ magno usui futura esset: quod faxit Deus, ut Mundus brevì intelligat, de Palæstina Christiano

no Nomini reddita vaticinium fuisse. Porrò varia quidem sunt hujusmodi studia, non unæ curæ, diversi labores, quos eadem Societas JESU & Tua jam quoque, Adm. Reverende Pater, propè proculque exercet: Omnia tamen operatur unus idemque Spiritus, qui nuper in Te Eodem Ejusdemque Societatis in Urbe Congregatæ unanimi consilio requievit. Scilicet Tu parvæ Scholæ, sed longè latèq; diffusæ unus Magnus Magister es; Tu Caput, à quo membra omnia, & singula suis in officiis occupantur; Tu Anima, à qua Vitam vigoremque participant;

Tu jubes, & discunt; exigis, & recitant; dicis, fac hoc, & faciunt; annuis, & volant ut nubes; vocas, & dicunt, adsumus. Quapropter erro quidem, si officio meo satis me fecisse existimo, offerendo industriæ meæ tantillos proventus: non erro tamen, si exiles etiam hos rivulos suo fonti restituo. Accipe igitur, Adm. Reverende Pater, si minùs dignum obsequium, debitum certè submissi erga Te animi monumentum: Scholamque hanc non jam meam, sed Tuam doce, illustra, excita, dirige, corrige: detque Tibi DEUS in Vicem Sedium Suarum


rum

rum Aſſiſtricem Sapientiam, ut Tecum ſit, & Tecum laboret, Societatemque univerſam in omne obſequium ſuum ſuæque Eccleſiæ emolumentum Tecum dirigat. Ità precor

Admodum Reverendæ Paternitatis Tuæ

Devotiſſimus Servus

Caſparus Kûmmet.



PRÆFATIO
Ad
LECTOREM.

SCias, Amice Lector, me præceptiones de Lingua Hebræa Grammaticales propterea duas in partes digesſiſſe, alteram Incipientibus, alteram Proficientibus eâ ratione adaptatam, ut quæ in prima conſultò omiſſa eſſent, in ſecunda commodiùs redderem: ne ſi omnia, præſertim difficiliora, ſimul in conſpectum adducerem, Tironi Hebræo idem contingeret, quod ægris aſſolet; qui ex plena menſa nauſeam citiùs capiunt, quàm edulium guſtent. Quas proinde duas partes ita velim uſurpes, ut, antequam primam perlegeris, & utcunq; callueris, de altera, etſi citationes interdum ſuadere vide-

videbuntur, non sis sollicitus. Primam verò ipsam sic pertranseas; ut postquam caput primum de ratione legendi mediocriter apprehenderis, paradigma Declinationis num. 6. cap. 2. positum perfectè memoriæ mandes: tum Pronomina §. 2. cap. 2. posita perfectissimè item memoriâ teneas; sicut & paradigmata num. 8. & 9. ejusdem §. Deinde capite tertio benè saltem perlecto, paradigmata conjugationum Perfectorum omnium cap. 4. posita ità inculces, ut expeditissimè recitari queant, nec vocalibus quidem ignoratis; quod per regulas ibidem positas operosum non erit. Post hæc Conjugationes Imperfectorum benè solùm perlegeris: nam eæ ex Perfectis probè comprehensis ipsâ praxi discentur. Caput posteà septimum cum reflexione ad antecedentia benè expendatur. Octavum deinde & nonum ità perlegatur, ut (si regulæ confusionem fortassè facient) primùm

mùm ſaltem paradigmata omnia tam §. 3. cap. 8, quàm §. 1. cap. 9. planè perſpecta habeantur. Quô factô licebit alternis diebus explicatione nonnullâ (cujusmodi addidi in appendice 2.) ſacri textûs grammaticas Inſtitutiones ad levandum tædium diſtinguere: ità nimirum, ut reliquis diſſimulatis, ad ea ſolùm reflectas animum, quæ ex eo usq; perceptis intelligi poſſunt: donec eâ alternatione omnibus abſolutis (benè tamen apprehenſis, quæ ſunt cap. 11. §. 1.) primam partem utcunq; intellectui impreſſam habeas. Tum etenim laxatis habenis partem ſecundam, ubi libuerit, adire poteris. Suaſerim tamen, ut primam partem tunc ab initio repetendo, & ubiq; ex ſecunda legas, quæ cuivis numero adſcripta ſunt: alternis diebus lectionem unam ſcripturæ interponendo. Hæc ubi feceris, Lector Benevole, ſpero te fructum, quem ego intendo, quàm plurimum facturum eſſe.

esse. Annotabis autem præterea, me parcum exemplorum haud inconsultò fuisse. Nam parte primâ id feci, ne horrorem discentibus facerem, tot hebræis vocibus, quibus nondum adsuevissent, in conspectum obtrusis: in secunda verò sæpè omisi ea, quæ aut obvia sunt, aut vix unquam occurrunt. Prima, quod supponerem, Discipulum meum, uti suadeo, lectionem textûs hebræi ad lectionem Grammaticæ adjungere, unde hujusmodi exempla sat nota fient: cætera negligenda putavi, tanquam rariora ac peregrina, & qualia consultiùs videbantur ipsô usu cum suavitate potiùs imbibi posse, quàm inter præcepta cum tædio masticari. Sic etiam interdum adducta hebraica exempla non latinè interpretor; quod existimem, illa aut ibi nota jam esse Lectori meo, aut paulò pòst fore. Sed & dum hebræa latinè recito, non laboro, an

con-

congruis omnia literis exponam: atq; ità ſcribo interdum v. g. Piel, interdum Pihel, &c. Nam hujusmodi curam, quando de iis rebus præcisè non agitur, ſuperfluam eſſe duxi. Scripſi autem terminos hujusmodi hebræos latinè potiùs, quàm hebraicè, quòd latinè meliùs aſſueverimus legere, & ſic uſum Grammaticæ expeditiorem futurum putem. Quapropter etiam ideò Verborum Perfectorum Conjugationes latinè exhibui, ut ex noto charactere primùm illa memoriæ faciliùs mandes, & mandata deinde ad hebræam ſcripturam conferas, viſurus, quibus ſingula vocalibus ac literis exprimantur. Neq; illud nulla de cauſa factum exiſtima, quòd ſæpè duo loca ſe invicem citent. Nimirum id proptereà feci, ut quia neuter locus omnia habet, ubi fortè in alterutrum incideris, dirigaris etiam ad alterum, & non judices, id quod fortaſsè quæris, in Gramma-

tica

tica non haberi. Deniq; omnia eô modô atq; ordine ſum conatus digerere, ut quàm plurima breviſſimè, clariſſimâq; & diſcentibus aptiſſimâ methodô exhiberem. Quod aſſecutum me eſſe precor tibi, Lector Candide, tuô ut profectu demonſtres. Vale, meosq; hosce conatus tuo bono ſuſceptos boni conſule.



Privi-

Privilegium Cæsareum




Poteſtas Bibliopolæ facta à P. Provinciali Provinciæ Rhenanæ Superioris Societatis JESU.

Cùm S. Cæsareæ Majeſtatis Decreto Typographis, Bibliopolis, & aliis librariam negotiationem exercentibus inhibitum ſit, nè quis libros à PP. Soc. JESU editos, ſine Superiorum ejusdem Societatis Licentiâ, intra S. Rom. Imperii ac Regnorum & Dominiorum ſuorum fines, ſive in toto, ſive in parte recudere, vel recudendos aliò mittere, aut alibi impreſſos adducere ac diſtrahere audeat; Concedo ego Auguſtinus Borler, Soc. JESU per Rheni Superioris Provinciam Præpoſitus Provincialis, Wolffgango Mauritio Endter Norimbergenſi Bibliopolæ ad decem annos facultatem excudendi Scholam Hebræam, in qua per duas Grammaticæ partes &c. à P. Caſparo Kümmet Noſtræ Soc. Sacerdote concinnatam. In cujus rei fidem hoc illi teſtimonium dari curavi. Moguntiæ 29. Decembr. Anno 1687.

(L.S.)

Auguſtinus Borler
Soc. JESU.

GRAM-



GRAMMATICÆ HEBRÆÆ PARS I.

In Usum Incipientium.

CAPUT I.

De Ratione legendi.

I.

Atio legendi utiq; à prima characterum notitia est ducenda; quos proinde ante omnia exhibemus, ne ὕστερον πρότερον faciamus.

2. Sunt autem Hebræis literæ viginti duæ, & quidem omnes consonantes. Quarum efformatio, pronunciatio & potestas sequitur.

א	pronunciatur	*Aleph*,	valet idem quod	*spiritus lenis*.
ב	- -	*Beth*	- - -	*b, v.*
ג	- -	*Gimel*	- - -	*g, gh.*
ד	- -	*Daleth*	- -	*d, dh.*
ה	- -	*He*	- - -	*h.*
ו	- -	*Vau*	- - -	*v.*

ז	pronunciatur	*Zain*	valet	*ts.*
ח	- -	*Cheth*	-	*ch.*
ט	- -	*Theth*		*t.*
י	- -	*Jod*	-	*j. conson.*
כ	- -	*Caph*	-	*c, ch.*
ל	- -	*Lamed*		*l.*
מ	- -	*Mem*	-	*m.*
נ	- -	*Nun*	-	*n.*
ס	- -	*Samech*		*ſ, s.*
ע	- -	*Aÿn*	-	*ſpiritus denſus.*
פ	- -	*Pe*	- -	*p, ph.*
צ	- -	*Zade*	-	*z.*
ק	- -	*Koff*	-	*k, q.*
ר	- -	*Reſch*	-	*r.*
שׁ	- -	*Schin*	-	*ſch,* שׂ *Sin. ſ.*
ת	- -	*Tau*	-	*t, th.*

3. Harum aliquæ בגדכפת *begadkephat* dictæ, quando non habent punctum in medio, aſpirationem involvunt. Aliquæ כמנפץ *kemanpaz* cum ſunt in fine dictionis, ſcribuntur ſic ךםןףץ. Aliquæ ſunt gutturales אהחע *ahecha* dictæ. Aliæ palati גיכק *gikak* vocatæ. Aliæ linguæ דטלנת *Datlenath* nuncupatæ. Aliæ dentales זסצרש *Zaszeraſch* nominatæ. Aliæ labiales בומף *Bumaph*, aliæ quieſcentes אהוי *ehevi* vocari ſolitæ. Aliæ dicuntur *Dilatabiles*, ſive אהלת, quòd in fine versûs & ſententiæ laxiùs ſcribi poſſint. Ita

tau

tau dilatato in fine ſcribes hanc vocem אֲהָלֹת. Aliarum alias appellationes videbis ſuis locis.

4. Vocales Hebræi punctis quibusdam vel infra vel juxta literas additis exprimere conſueverunt. Quarum vocalium aliæ ſunt longæ, aliæ breves, aliæ breviſſimæ: quibuscum ſuas literæ ſyllabas conſtituunt, ut vides in hac tabella: in qua etiam apparet jod & vau quasdam vocales exhibere, dum ſcilicet quieſcunt.

Longæ.	ָ	dicitur *Kamez*, ſonat *a francon.* facit ſyllabā		אָ	*a.*
	ֵ	*Zere*	- *e* - - -	אֵ	*e.*
	אִי	*Chirik magn.*	*j* - - -	אִי	*j.*
	וֹ	*Cholem*	*o* - -	אוֹ	*ó.*
	וּ	*Schureck*	*u* - -	אוּ	*u.*
Breves.	ַ	*Patach*	*a Latinum.* - -	בַ	*ba.*
	ֶ	*Segol*	*e* - -	בֶ	*be.*
	ִ	*Chirik parv.*	*i* - -	בִ	*bi.*
	ָ	*Kamez chatupho*	- -	בָ	*bo.*
	ֻ	*Kibbuz*	*ü Gallicum.* - -	בֻ	*bü.*
Breviſs.	ֲ	*Chateph patach.*	*a velox*	גֲ	*ga.*
	ֱ	*Chateph ſegol.*	*e velox*	גֱ	*ge.*
	ְ	*Sceva ſimplex.*	*e velox*	גְ	*ge.*
	ֳ	*Chateph kamez.*	*o velox*	גֳ	*go.*

5. Si pergeres vocales ſingulas ſingulis conſonantibus addere, deſcriberes initia omnium ſyllabarum; quæ Hebræis omnes à conſonantibus inchoantur: Niſi fortaſſis *patach raptum* ſive *ſuſſuratum* excipere velis. hoc enim infra ע, ח, & ה priùs ſonat, quàm ipſa conſonans, quando eandem conſonantem præcedit alia vocalis, quàm Kamez aut patach. Dicimus enim מָשִׁיחַ *Maſchíach*, non *Maſchicha*, Meſſias, יְהוֹשֻׁעַ *Jehoſchúah*, non *Jehoſchüha*, Jeſus. verùm hoc eſt patach neceſſitatis tantùm, & ſyllabam perfectam non conſtituit: ſed furtim tantùm adduci ſolet, eò quod gutturales illæ ritè pronunciari tunc non poſſint, niſi patach hujusmodi raptum in ſubſidium accerſant: unde vocalis rapta à nonnullis dicitur.

6. *Sceva ſimplex* interdum quieſcit, hoc eſt, non auditur: interdum movetur, h. e. auditur. Quieſcit ſub litera ſyllabam terminante, etſi geminetur: ut fit, quando eadem ſyllaba per plures literas terminatur. Sic enim legimus וַיֵּשְׁתְּ *vaïjeſt*, & bibit non *vaïjeſte*. 2. poſt vocalem brevem, ut יִלְמוֹד *jilmód*. Item poſt longam habentem accentum grammaticum, ut לָמוֹדְנָה *lemodna*, non *lemodena*.

7. Mo-

7. Movetur autem ſub litera ſyllabam inchoante, ſcilicet quotiescunque eſt aut in principio dictionis, ut in לְמֹד *lemod*, diſce: aut poſt ſceva quieſcens; ut יִלְמְדוּ *jilmedú*: aut ſub dageſſata, ſive notatâ punctulo in medio, ſignificante literam duplicandam; de quo vide paulò pòſt n. 13. ut in לִמְּדוּ *limmedú*, didicerunt; ubi Mem virtualiter geminatum eſt, adeoque cenſetur & duplex habere ſceva, quorum alterum ſub priore quieſcat, alterum ſub poſteriore moveatur. Item movetur ſub priore geminatarum, ut in הַלְלוּ *halelú*, laudate: quia hujusmodi litera eſt virtualiter & implicitè dageſſata, adeoq; & duplex ſceva implicitè continet. Deniq; movetur poſt vocalem longam notatam accentu rhetorico. Per talem enim vocalem ſyllaba terminatur, ut in לָמְדָה didicit fœmina, legitur *lamedá*, non *lamdá*.

8. Accentus autem ſunt illæ virgulæ & apices, qui præter puncta vocalia n. 4. expoſita ſcriptioni hebrææ adjici ſolent; quodſi dictio unum tantùm accentum habeat, is tonicus erit, qui & grammaticus appellatur: ſi verò duplicem habuerit, poſterior ſemper grammaticus erit, & prior rhetoricus tantùm, ut in allato exemplo vides. Si

ergò ſceva ſequatur poſt vocalem longam, notatam accentu, non rhetorico tantùm, ſed tonico, qui nimirum ſyllabam attollat, & retineat, non movebitur hujusmodi ſceva. Exemplum datum eſt n. 6. *lemodna*. quia ſcilicet hujusmodi ſyllaba terminatur per literam ſequentem. Si litteræ אהוי *ehevi* ità terminent ſyllabam, ut non audiantur per aliquam vocalem, dicuntur quieſcere. Exemplum eſt idem *Lemodna*, in quo ultimum ה quieſcit.

9. Præter ſceva ſimplex ſunt etiam compoſita, atque illa non alia, quàm vocales breviſſimæ n. 4. indicatæ. Quæ à ſimplice per hoc ſpecialiter differunt, quod apponantur gutturalibus, quando illæ per analogiam ſceva mobile requirunt. Propterea etiam ipſa figura oſtendit, vocales breviſſimas partim ſceva ſimplex, partim brevem vocalem eſſe. Dicendum igitur eſt זוֹעֲקִים clamantes, non זוֹעְקִים: *Zoakím*, non *Zoëkím*.

10. Igitur *Kamez breve* ſive *Chatuph* ſine duobus punctulis ſcribendum eſſe meritò affirmat R. Abraham apud Buxdorff. mihi fol. 27. ita ut à Kamez magno non niſi pronunciatione diſcrepet. Cum enim, inquit, utrumque ſcribatur per patach & punctum cholem ipſi patach ſubjectum, in

magno

magno quidem prævalere debet patach, in parvo autem cholem priùs audiri debet, quàm patach.

11. Diſcerni tamen facilè poteſt Kamez parvum à magno. Parvum enim eſt, quotiescunque poſt Kamez ſequitur ſceva quieſcens juxta num. 7. dicimus enim חָכְמָה *chochma*, non *chachma*, ſapientia. Item dum ſequitur dages. ſic רָנּוּ legimus *ronnu*, non *rannu*, cantate. præterea ſi ſequatur *maccaph*. ſic dicimus כָּל־אֶרֶץ *kol erez*, non *kal erez*, omnis terra. Inſuper ubi præceſſit vau accentum retrahens, v. g. וַיָּקָם & ſurrexit, *vaiákom*. Cum in his omnibus conſonans terminet ſyllabam nullo tono affectam, qualis brevis eſſe ſolet. vid. P. 2. c. 1. ad num. 8. addit. 9. & ſeq. Deniq; quando ante ֳ ponitur ָ, ut in אָהֳלוֹ tabernaculum ejus, legendum eſt *oholó*.

12. Tametſi ergo *Kamez chatuph* interdum cum ſceva ſimplici ſcribatur majoris diſtinctionis cauſa; nunquam tamen *Chateph kamez* ſcribitur ſine eo. Deinde *Chateph* ſubjicitur gutturalibus per n. 9. *Chatuph* etiam aliis. præterquam quod ea quæ num. antecedente dicta ſunt, nunquã congruant in *Chateph kamez*; ut proinde non ſit difficile Kamez parvum etiam à minimo diſcernere.

13. *Dages* eſt punctum, quod literis imponi interdum ſolet: eſtq; duplex: aliud *forte*, quod literam duplicat, de quo n. 7. ſuprà: aliud *lene*, quod aſpirationem tantùm tollit, quæ literis *begadkephat* adhærere patet ex num. 3. ſupra.

14. *Dages forte* aut certè *ſceva quieſcens* plerumque poſt vocales breves imponitur quibuscunque literis, exceptis gutturalibus & Reſch, quæ Dages non ſuſtinent. Poſt longas vocales ponitur rariſſimè, poſt breviſſimas nunquam. Unde n. 11. rectè diximus, Kamez parvum ex Dages dignoſci tam à magno, quàm à breviſſimo.

15. *Dages autem lene* ponitur in literis *begadkephat* tantùm, quando ſyllabam inchoant: ſive quando præcedens litera habet ſceva quieſcens vel actu vel poteſtate prout explicatur in P. 2. Quando autem hujusmodi punctum imponitur literis ה vel Jod, vocatur *Mappik*, tametſi à Dages forti non tam reipsâ, quàm nomine diſcrepare videatur.

16. *Cholem* interdum ſignificatur per ſolum punctum ſine Vau literæ ad latus ſuperpoſitum, imò interdum penetratur cum puncto literæ Schin. Sic ſcribere poſſumus קָדֹשׁ pro קָדוֹשׁ *Kadoſch*.

17. Ex

17. Ex *Vau* & *Jod* cum vocalibus sociatis formantur diphthongi hoc modo ָו ַו *au*, ֵו *eu*, ִיו *iu*, ַי *ai*, וֹי *oi*, וּי *ui*. Subjungamus nunc aliquod exercitium lectionis super positis numeris, ad quos attendere oporteat in iis, quæ difficiliora videri possent. *Porrò ultra hoc caput voces habræas latino charactere non repræsento, quod confidam hactenus Tironem legere utcunque didicisse. Quodsi autem quis pluribus indiget, adeat caput quartum, ubi perlegendo paradigmata perutiliter se exercebit.*

16 8 8

אֵת אֱלֹהִים בָּרָא בְּרֵאשִׁית

& *elohím* *bará* *bereschíth*

3 14

וְהָאָרֶץ וְאֵת־הָאָרֶץ הַשָּׁמַיִם

vehaárez *haárez* *veéth* *hasschamáÿm*

5 16 8 7

אֱלֹהִים וְרוּחַ וָבֹהוּ תֹהוּ הָיְתָה

elohím *verúach* *vavóhu* *tóhu* *hajetá*

14 8

הַמָּיִם׃ עַל־פְּנֵי מְרַחֶבֶת

hammáÿm *penè* *al* *merachébet*

CAPUT II.

De Nomine & Pronomine.

NUmerant Hebræi tantùm tres partes Orationis: *Nomen*, quod & Pronomen complectitur: Verbum, quod & participia continet: & dictionem, quæ reliqua omnia comprehendit. Cum tamen præstet ad morem Europæum accommodatiùs loqui, esto

§. *I. De Nomine.*

1. Attributa nominis sunt *Genus*, *Numerus*, *Casus*, *Status absolutus*, *Status regiminis*.

2. *Generis* Fœminini sunt nomina propria & appellativa mulierum, urbium, regionum, membrorum corporis, quæ natura geminavit. Item desinentia in ה præcedente Kamez, & desinentia in ת præcedente Schurek, Chirik, aut Segol. Cætera genus masculinum sibi vendicant. Communia tamen ferè sunt nomina species & genera animalium significantia: item numeralia à 20. ad 100. neutrum per fœmininum (raró per masculinum) exprimitur.

3. A maſculinis non tantùm adjectivis, ſed etiam ſubſtantivis, participiis quoque, & adeo à Verbis ipſis fœminina deducunt, plerumque addendo ה quieſcens in Kamez. Sic ab אִישׁ vir, faciunt אִשָּׁה mulier.

4. *Numeros* habent tres, ſingularem, pluralem, & dualem. *Singularis* plurimas habet terminationes: *Pluralis* in maſculinis fit à ſingulari additâ ſyllabâ ים ſic ab איש fit אִישִׁים. In fœmininis autem fit pluralis item à ſingulari mutando ה cum ſuo Kamez, & ה ſervile cum Segol in וֹת ſyllabam. Si verò ante ת ſit Schurek aut Chirik, idem ת cum ſua vocali mutatur in יּוֹת per Jod dageſſatum, antecedente per n.14. c.1. juxta analogiam vel Kibbuz vel Chirik parvo. Sic à מַלְכוּת regnum fit מַלְכֻיּוֹת à גָּפְרִית ſulphur גָּפְרִיּוֹת. Dages tamen ſæpe omittitur.

5. *Dualis* pro utroque genere unam tantùm terminationem habet in ַיִם. Sic à יָד manus fit יָדַיִם. Uſurpatur in membris naturâ geminis.

6. Declinatio in *Caſus* non eſt Hebræis alia, quàm quæ ex ipſa conſtructione, aut certè ex quibusdam literis vel ſyllabis articulorum inſtar præponi ſolitis dignoſci po-

poteſt. Hujusmodi, ſunt quas vides in exemplo nominis תַּלְמִיד *Diſcipulus.*

pro *Genit.* additur שֶׁל שֶׁל־תַּלְמִיד *Diſcipuli.*
Dativo - לְ לְתַלְמִיד *Diſcipulo.*
Accuſativo אֶת אֶת־תַּלְמִיד *Diſcipulū.*
Vocativo - הַ הַתַּלְמִיד *o diſcipule.*
Ablativo - מִ מִתַּלְמִיד *à diſcipulo*

quæ Plurali ſimiliter adduntur שֶׁל תַּלְמִידִים &c.

7. Quando duo nomina ſubſtantiva diverſæ ſignificationis ita continuantur, ut Europæorum more alterum debeat eſſe Genitivi Casûs, apud Hebræos mutatio facienda eſt non in ſequente, ſed in antecedente, quod antecedens tunc dicitur eſſe in *ſtatu regiminis.* In *ſtatu* autem *abſoluto* dicitur eſſe, quod poſt ſe nullum hujusmodi nomen habet.

8. In maſculinis *abſolutum* ſingulare ferè tranſit in *regimen ſingulare*, punctis longis in brevia mutatis, ſic à דָּבָר fit דְּבַר.

A Plurali autem *abſoluto* fit *regimen plurale*, abjecto Mem finali, punctisque ritè mutatis ita, ut Jod quieſcat in Zere; id eſt, ut Jod ultimum non pronuncietur, & ante illud ponatur Zere. Sic à דְּבָרִים *devarim,*

rim, verba, fit דִּבְרֵי *divre*. Sed hæc infra c. 8.

9. Fœmininum *absolutum* & *regimen* singulare est idem in iis, quæ terminantur in ת. Quæ autem in ה terminantur, mutant ה in ת & Kamez ultimum in Patach sic ex מַלְכָּה fit מַלְכַּת. In Plurali autem *status absolutus* & *regiminis* terminatione conveniunt. Vide §. I. c. 9.

10. Nomina Hebræis absque dubio alia sunt Propria, alia Appellativa, aliqua Substantiva, aliqua Adjectiva Quæ tamen Adjectiva gradus *Comparationis*, nullâ speciali inflexione, sed tantùm periphrasticè exponunt: cujusmodi legimus: *abiit justificatus ab illo*, id est, *justior illo*.

11. Alia quoque sunt *Primitiva* sive *Nuda*, quæ solis radicalibus constant: alia *Derivativa*, sive *Aucta*, quæ fiunt per literas האמנתי, quæ *Heemantica* appellantur. De his infra cap. 10.

12. Alia quoque sunt perfecta, quæ retinent omnes radicales: alia imperfecta, quæ unâ vel pluribus radicalibus deficiunt; de quib. cap. 10.

§. II. *De Pronominibus.*

1. Pronomen aliud est Primitivum, aliud

liud Possessivum, aliud Demonstrativum, aliud Relativum, aliud Interrogativum.

2. *Primitiva* primæ personæ sunt generis communis, declinanturque ut in diagrammate vides. In quo & illud ex characteris diversitate colliges, totam quasi essentiam Pronominis in ultimâ litera vel syllaba sitam esse; reliqua autem casibus tantùm designandis apponi.

	Singulari.	
Nominativo	אֲנִי	*ego.*
Genitivo	שֶׁלִּי	*mei.*
Dativo	לִי	*mihi.*
Accusativo	אֹתִי	*me.*
Ablativo	מִמֶּנִּי	*à me.*
	Plurali.	
Nominativo	אֲנוּ	*nos.*
Genitivo	שֶׁלָּנוּ	*nostrûm.*
Dativo	לָנוּ	*nobis.*
Accusativo	אֹתָנוּ	*nos.*
Ablativo	מִמֶּנּוּ	*à nobis.*

3. Primitivum secundæ personæ pro diverso sexu diversum est; Masculini ge-

neris

neris characteristica est ת, & כ vicarium ejus cum *Kamez* in Singulari, & ם in Plurali; ut vides.

Singulari.

Nominat.	אַתָּה	*tu.*
Genit.	שֶׁלְּךָ	*tui.*
Dativo	לְךָ	*tibi.*
Accusat.	אֹתְךָ	*te.*
Ablat.	מִמְּךָ	*à te.*

Plurali.

Nomin.	אַתֶּם	*vos.*
Gen.	שֶׁלָּכֶם	*vestrûm.*
Dativo	לָכֶם	*vobis.*
Accus.	אֶתְכֶם	*vos.*
Ablat.	מִמְּכֶם	*à vobis.*

4. Fœmininum pro signo characteristico in singulari quidem omittit *Kamez* cum ה *quiescente*; plurali autem numero loco ם reponit *Nun* hoc modo:

Singulari.

Nominat.	אַתְּ	*tu.*
Genit.	שֶׁלָּךְ	*tui.*

Dati-

Dativo	לְךָ	*tibi.*
Accusat.	אוֹתָךְ	*te.*
Ablat.	מִמֵּךְ	*à te.*

Plurali.

Nomin.	אַתֶּן	*vos.*
Genit.	שֶׁלָּכֶן	*vestrûm.*
Dativo	לָכֶן	*vobis.*
Accus.	אֶתְכֶן	*vos.*
Ablat.	מִמְּכֶן	*à vobis.*

5. Primitivum Pronomen tertiæ personæ masculinum nititur in singulari litera *Vau* per ה demonstrativum animato, quod Pluralis vertit in *Segol*, ut vides.

Singulari.

Nomin.	הוּא	*ille.*
Genit.	שֶׁלּוֹ	*illius.*
Dativo	לוֹ	*illi.*
Accusat.	אוֹתוֹ	*illum.*
Ablat.	מִמֶּנּוּ	*ab illo.*

Plurali.

Nomin.	הֵם	*illi.*
Gen.	שֶׁלָּהֶם	*illorum.*

Dati-

Dat.	לָהֶם	*illis.*
Acc.	אוֹתָם	*illos.*
Abl.	מֵהֶם	*ab illis.*

6. Fœmininum ejusdem personæ singulari numero est Chirik magnum factũ ex Vau in Nominativo; in cæteris casibus Kamez in ה terminatum. Pluralem à singulari *Nun* litera & *Mem* discernunt. Videlicet:

Singulari.

Nom.	הִיא	*illa.*
Gen.	שֶׁלָּה	*illius.*
Dat.	לָה	*illi.*
Acc.	אוֹתָה	*illam.*
Abl.	מִמֶּנָּה	*ab illa.*

Plurali.

Nom.	הֵן	*illæ.*
Gen.	שֶׁלָּהֶן	*illarum.*
Dat.	לָהֶן	*illis.*
Acc.	אוֹתָן	*illas.*
Abl.	מֵהֶן	*ab illis.*

7. *Pronomina possessiva* sunt ipsa primitiva abbreviatè nominibus addita, unde & *affixa* dicuntur. Adduntur autem aliqua

Singulari, aliqua Plurali, nec nulla utrique numero, juxta hos versus, memoriæ causa ruditer factos:

Sunt *o, a, am, an, echa, ech* Pronomina, quæ non
significant numerũ; quibus *j* socialis & *enu*,
au, eha, hem, hen, echa, aiich, äi, & enu
significant numerum: *chem chen* aptantur utrique.

8. Exemplum esto nomen דָּבָר *verbum*, cum affixis hoc modo componi solitum. Quæ affixa cum punctis quô exactiùs & faciliùs observare possis, diverso charactere scribenda duxi. Specialiter autem inde advertes ה affixum nominis Singularis fœmininum mappikari: item ה nominum fœmininorum ante affixa mutari in ת. Denique numero plurali ante affixa semper addi Jod, etiam in fœmininis.

Sing.	דְּבָרוֹ	*verbum ejus M.*
	דְּבָרָהּ	*verbum ejus F.*
	דְּבָרָם	*verbum eorum.*
	דְּבָרָן	*verbum earum.*
	דְּבָרְךָ	*verbum tuum M.*
	דְּבָרֵךְ	*verbum tuum F.*
	דְּבַרְכֶם	*verbum vestrum M.*
	דְּבַרְכֶן	*verbum vestrum F.*

דְּבָרָיו

	דְּבָרִי	*verbum meum C.*
	דְּבָרֵנוּ	*verbum noſtrum C.*
Plur.	דְּבָרָיו	*verba ejus M.*
	דְּבָרֶיהָ	*verba ejus F.*
	דִּבְרֵיהֶם	*verba eorum.*
	דִּבְרֵיהֶן	*verba earum.*
	דְּבָרֶיךָ	*verba tua M.*
	דְּבָרַיִךְ	*verba tua F.*
	דִּבְרֵיכֶם	*verba veſtra M.*
	דִּבְרֵיכֶן	*verba veſtra F.*
	דְּבָרַי	*verba mea C.*
	דְּבָרֵינוּ	*verba noſtra C.*

9. Exemplum nominis fœminini eſto תּוֹרָה *lex hoc modo.*

Sing.	תּוֹרָתוֹ	*Lex ejus M.*
	תּוֹרָתָהּ	*lex ejus F.*
	תּוֹרָתָם	*lex eorum.*
	תּוֹרָתָן	*lex earum.*
	תּוֹרָתְךָ	*lex tua M.*
	תּוֹרָתֵךְ	*lex tua F.*
	תּוֹרַתְכֶם	*lex veſtra M.*
	תּוֹרַתְכֶן	*lex veſtra F.*

תּוֹרָתִי	*lex mea C.*
תּוֹרָתֵנוּ	*lex nostra C.*
Plur. תּוֹרוֹתָיו	*leges ejus M.*
תּוֹרוֹתֶיהָ	*leges ejus F.*
תּוֹרוֹתֵיהֶם	*leges eorum.*
תּוֹרוֹתֵיהֶן	*leges earum.*
תּוֹרוֹתֶיךָ	*leges tuæ M.*
תּוֹרוֹתַיִךְ	*leges tuæ F.*
תּוֹרוֹתֵיכֶם	*leges vestræ M.*
תּוֹרוֹתֵיכֶן	*leges vestræ F.*
תּוֹרוֹתַי	*leges meæ C.*
תּוֹרוֹתֵינוּ	*leges nostræ C.*

10. *Relativi* loco est Hebræis אֲשֶׁר dictio omnis generis, numeri, & casûs; cujus mediam literam sæpe solam adhibent partibus Orationis præfixam, ut שֶׁבַּשָּׁמַיִם *qui es in cælis.*

11. *Demonstrativum* Pronomen Masculinum est זֶה iste: Cujus fœmininum זוֹ vel זֹאת. Plurali dicitur אֵלֶּה illi, ipsi vel ipsæ, communis generis.

12. *Interrogativum* de hominibus aut viventibus est מִי; De aliis autem rebus מָה,

מֶה, מָה, מַה; quæ dictiones sunt omnis generis & numeri.



CAPUT III.

De Dictione.

HAnc tanquam non tantùm faciliorem, sed etiam utilem ad meliùs cognoscenda tum ea, quæ dicta sunt, tum ea, quæ dicentur de Verbis & Participiis, præmittendam putavimus.


§. I. *De Adverbio.*

Adverbia constat esse ad explicandam circumstantiam aliquam, modum, vel qualitatem. Quare alia sunt temporis, velut עַתָּה *nunc*; alia loci, alia interrogationis; alia affirmationis; alia negationis & prohibitionis; dubitationis, qualitatis, congregationis, separationis, intensionis, remissionis, similitudinis, numeri, &c. de quib. P. 2.

§. II. *De Præpositione.*

1. Aliquæ *Præpositiones inseparabiles* sunt, literis משה וכלב (quæ *mosche vechaleb* dicuntur) comprehensæ; quarum

 qui-



quidem ש & ה potiùs relativam significationem habent, & inter Pronomina poni merentur, de quo §. 2. c. 2. n. 5. & 10: sicut Vau conjungendi vim habet, uti § sequente videbitur; quia tamen etiam istæ saltem *præfixa* vocantur, aliqua ratione etiam hùc poni posse videntur.

2. Igitur מ relictum ex מִן, *de* significat: ש & ה relativa sunt, ut dictum est; sed & ה emphaticum ac demonstrativum, imò & interrogativum est: Vau Conjunctio variè exponitur: כ *juxta*, significat; sæpius tamen adverbiascit, significans *instar*, *sicut*, &c. ל *ad*, ב *in*, &, *cum*, significant.

3. מ cum Chirik parvo positum, ש cum Segol, ה cum Patach sequenti literæ Dages imponunt. De ש exemplum est n. 10. §. 2. c. 2. de ה & מ n. 6. §. 1. c. 2. in Vocativo & Ablativo. Quodsi sequens litera non recipit Dages, compensatio facienda est juxta n. 12. §. 1. c. 7. infra.

4. Literæ וכלב per se requirunt Sceva: hinc vocant Hebræi ipsum Sceva עֶבֶד עֲבָדִים *servum servorum*, quòd literis servilibus ordinariè subsit. Ipsum tamen Sceva per accidens mutatur sequentibus modis.

5. ל

5. ל & ב ante affixum loco Sceva accipiunt punctum affixi per contractionem. Sic dicimus לו illi, quasi לְוֹ *leó*, aut לְאוֹ: idem puta de cæteris Pronominibus ex ל compositis: Ità quoque dicimus, בָּה in illa, quasi בְּהָה: ità בִּי in me, quasi בְּאִי Vide add. 20. ad num. 6. §. 3. cap. 11.

6. Litteræ כלב post se elidunt ה emphaticum, assumentes loco Sceva punctum ipsius ה elisi, ut לַמֶּלֶךְ pro לְהַמֶּלֶךְ, כֶּחָכָם pro כְּהֶחָכָם ut sapiens. Vide ad num. 5. §. 1. cap. 7.

7. וכלב *præfixæ* Jod initiali scevato, & sceva suum & sceva ipsius *Jod* uno *Chirik magno* transmutant, sic pro בְּיְמֵי fit בִּימֵי in diebus. Similiter de מ vide add. 2. ad n. 3. hujus §.

8. Eædem præfixæ uni literæ scevatæ, quæ non sit *Jod*, mutant suum *Sceva* in *Chirik*, uti, כִּדְבָרְךָ secundum verbum tuum. Præfixæ verò literæ *chatephatæ* mutant idẽ suum Sceva in Vocalem ipsi Sceva composito *analogam*. Chateph Segol analogam habet Segol, Chateph Patach analogam Patach, Chateph Kamez analogam Kamez

B 4 par-

parvum five Chatuph. Ratio eſt*, quia duo ſcevaim nunquam poſſunt conſequenter pronunciari, cum utrumq; ſit raptum, & ex natura ſua non niſi imperfectam ſyllabam conſtituat, mixtam autem cum alia vocali. Cæterùm Sceva mutum ante chatephatam manet, ut יִבְחֲנוּ

9. *Vau* copulativum ante literas *bumaph*, aut ſcevatas alias quàm *Jod* mutat ſuum *Sceva* in *Scurek*, quod eſt vicarium Chirik, & ideo breve. Sic dices וּדְבָרְךָ & verbum tuum.

10. *Separabiles* Præpoſitiones variæ ſunt. Aliquæ ſignificant, cauſam, vel terminum actionis v. g. locum ut עַל *ſuper*: aliquæ comitatum; aliquæ privationem, & hujusmodi talia, de quib. in P. 2.

§. *III. De Conjunctione.*

1. *Conjunctio Inſeparabilis* aliquando conjunctiva, aliquando disjunctiva & varios habens ſenſus eſt *Vau*, de quo aliquid §. ſup. n. 1.

2. Aliæ præterea ſunt Conjunctiones conditionales, diſcretivæ, ratiocinativæ, &c. de quib. P. 2.

§. *IV. De Interjectione.*

Interjectiones ſunt aliæ blandientis, aliæ comminantis, demonſtrantis, dolentis, &c. de quib. P. 2.

CAPUT

CAPUT IV.

De Conjugationibus perfectorum Verborum.

§. I. *Quædam de Conjugationibus generatim.*

I.

PErfecta Verba nominant, quæ inter conjugandum omnes literas radicales retinent: *Imperfecta*, quorum aliquæ radicales hinc inde deficiunt vel quiescunt: quæ proinde *defectiva* vel *quiescentia* appellantur. Sunt etiam aliqua composita, aliqua quatuor literarum, nonnulla & quiescentia & defectiva simul. Radicales quæ sint, habes paulò inferiùs §. 2. n. 3.

2. Tam Perfecta verba, quam Imperfecta Conjugationes 8 diversas habent, quæ his nominibus appellantur, *Kal*, *Niphal*, *Piel*, *Püal*, *Pöel*, *Hiphil*, *Hophal*, *Hitpaël*. Ex quibus *Kal*, & quæ ab ea descendunt, *leves* dicuntur; *Piel* verò & quæ ab ea nascuntur, *graves*: quod harum secunda radicalis dages forti gravetur, & vi significandi crescant: de quo infra §. 4. n. 1.

3. Hæ Conjugationes 3 tantùm habent modos: *Indicativum*, *Imperativum* & *Infinitivum*, si inflectendi differentias potiùs, quàm vim significandi attendas.

4. Tempora Hebræi agnoſcunt tria conſueta, perſonasque totidem, in quibus etiam utrique ſexui ſuas partes aſſignant, ut dictum n. 3. §. 1. c. 2. & à tertia perſona ad ſecundam, & ab hac ad primam gradiuntur. Tempora ſunt: *Præteritum*, *Præſens*, *Futurum*. Vel ſi mavis, dic eſſe ſex: *Præteritum*, *Præſens activum*, *Præſens paſſivum*, *Futurum imperans*, *Futurum narrans*, *Infinitum*.

§. II. De Conjugatione Kal.

1. Conjugatio *Kal* ſive *Levis* habet hæc ſive Tempora, ſive Modos, ſive quascunque differentias conjugandi. *Præteritum*: *Benoni*, quod eſt Participium Præſens activum; *Paul*, quod eſt Participium Præſens paſſivum: *Imperativum*, quod dicunt Futurum imperans; *Futurum narrans*, quod aliàs Futurum ſimpliciter dicunt: *Infinitivum*: *Gerundia*.

2. Quæ omnia ſtatim ſcies, ubi 4. tantùm Terminationes memoriâ tenueris, ſcilicet *lamád*, *loméd*, *lamúd*, *lemód*. Prima

eſt

eſt Præteriti, ſecunda Benoni, tertia Paul, quarta Infinitivi. Veniamus ad ſingula.

3. *Tertia Sing. Præteriti* ſemper continet *radicem*, cum qua affixa perſonalia, de quib. §. 2. c. 2. reliquas perſonas utriusq; numeri conſtituunt. Eſt enim לָמַדְתָּ idem quod לָמַד אַתָּה & לָמַדְתִּי idem quod לָמַד אֲנִי &c. Cujusmodi affixorum veſtigia etiam in Futuris & Imperativis agnoſces. Porrò prima radicis litera per Kamez, altera per Patach movetur.

4. *Participia* declinatione ſunt Nomina, ſignificatione etiam Verba. Adjunctis enim Pronominibus tempus præſens verborum ſignificant. Sic dicimus אֲנִי לוֹמֵד *ego diſco*, הוּא לוֹמֵד *ille diſcit*, אֲנוּ לוֹמְדִים *nos diſcimus*, *&c.* Significatio autem in *Kal* eſt vel activa vel neutra.

5. Ad declinationem diſcendam hæc juvabunt. Conſidera quartam terminationem earum quas num. 2. hîc recenſuimus. Ea eſt Infinitivi, cui Imperativus conſentit, & eſt לָמוֹד. Huic præfige literas בכלם (quæ *Baclam* memoriæ cauſa vocantur) cum Chirik, per n. 8. §. 2. c. 3. & habes gerundia, noli tamen obliviſci, quod

quod מ debeat ſequenti literæ, id eſt, primæ radicali, quæ hîc eſt ל imponere dages per num. 3. ejusdem §. Deinde pro literis בכלם præfige eidem Infinitivo ſive Imperativo literas איתן (*Ethan*) & formabis præter tertiam alias quoque perſonas Futuri; cujus, uti & Imperativi, Conjugationem obſerva ex Paradigmate. Participia declinabis ut nomina, Præteritum facilè Paradigma docebit: quod velim diligenter inſpicias, uti & reliquarum perfectarum Conjugationum, cum inſtar regulæ omnium eſſe debeant.

6. Illud tamen pro omnibus conjugationibus obſervabis, quod ſi ultimum Verbi punctum, *Patach*, *Zere* aut *Cholem* fuerit, mutetur in *Sceva*, quotiescunque ad tertiam radicalem acceſſerit una ex literis הוי accentum ad ſe rapiens, ut patet per omnia ferè paradigmata. Cui contrarium aliquid leges addit. 5. ad num. ſeq. & ad n. 3. §. 4. cap. hujus.

7. Accipe paradigma *Kal*, in quo & adjectis literis genera deſigno. Deſigno quoque diverſo charactere, quænam *radicalibus* literæ *ſerviles*, & quibus cum punctis addantur, ut faciliùs memoriæ imprimi & firmiùs hærere poſſint.

Para-

Paradigma Conjugationis Kal.

Præteritum

Singul.

לָמַד לָמְדָה *Lamad M. Lamedá F.* Didicit simpliciter, sive leviter.

לָמַדְתָּ לָמַדְתְּ *lamádta M. lamádt F.* didicisti.

לָמַדְתִּי *lamádti Com.* didici.

Plural.

לָמְדוּ *lamedú Com.* didicerunt.

לְמַדְתֶּם לְמַדְתֶּן *lemadtém M. lemadtén F.* didicistis.

לָמַדְנוּ *lamadnu Com.* didicimus.

Participium Benoni.

Singul.

לוֹמֵד לוֹמְדָה לוֹמֶדֶת *loméd M. lomedá lomédet F.* Discens.

Plur.

לוֹמְדִים לוֹמְדוֹת *lomedím M. lomedót F.* discentes.

Particip. Paul.

Singul.

לָמוּד לְמוּדָה *lamúd M. lemudá F.* doctus, a.

Plur.

Plur.

לְמוּדִים לְמוּדוֹת *lemudím M. lemudót F.* docti, æ.

Infinitivus.

לְמוֹד *lemód* diſcere.

Gerundia.

בִּלְמוֹד *bilmód* in diſcendo.

כִּלְמוֹד *kilmód* juxta diſcere.

לִלְמוֹד *lilmód* ad diſcendum.

מִלְּמוֹד *millemód* à diſcendo.

Imperativus.

Sing.

לְמוֹד לִמְדִי *lemód M. limdí F.* diſce.

Plural.

לִמְדוּ לְמוֹדְנָה *limdú M. lemódna F.* diſcite.

Futurum.

Sing.

יִלְמוֹד תִּלְמוֹד *iilmód M. tilmód F.* diſcet.

תִּלְמוֹד תִּלְמְדִי *tilmód M. tilmedí F.* diſces.

אֶלְמוֹד *elmód Com.* diſcam.

Plu-

Plural.

יִלְמְדוּ תִּלְמֹדְנָה *jilmedú M. tilmódna F.* discent.

תִּלְמְדוּ תִּלְמֹדְנָה *tilmedu M. tilmódna F.* discetis.

נִלְמֹד *nilmód Com.* discemus.

§. III. De Conjugatione Niphal.

1. Hæc Conjugatio prioris Passiva est; â qua & formatur generali characteristicâ *Nun* præfixâ eo modo, quo §. superiore n. 5. diximus de literis *Baclam.*

2. Imperativus tamen & Infinitivus characteristicam habent specialem; scilicet ה. Futurum literas איתן neque hic neq; usquam dimittit.

3. Speciales autem characteristicæ characteristicam generalem excutiunt, juxta axioma: *Characteristica temporis excludit characteristicam Conjugationis.* Hinc ה accedente evanescit *Nun:* compensatur tamen per dages, aut vocalem longam, prout dicetur c. 7. §. 1. n. 12.

4. Participium & Præteritum differunt solùm magno & parvo A. Paradigma inspice.

Para-

Paradigma Conjugationis Niphal.

Præteritum.

Singul.

נִלְמַד נִלְמְדָה *Nilmád M. nilmedá F.* Doctus, a, est.

נִלְמַדְתָּ נִלְמַדְתְּ *nilmádta M. nilmádt F.* doctus, &c.

נִלְמַדְתִּי *nilmádti Com.* doctus sum.

Plural.

נִלְמְדוּ *nilmedú Com.* docti, æ, fuerunt.

נִלְמַדְתֶּם נִלְמַדְתֶּן *nilmadtém M. nilmadtén F.*

נִלְמַדְנוּ *nilmádnu Com.* docti, æ, fuimus.

Participium Benoni.

Singul.

נִלְמָד נִלְמָדָה *nilmád M. nilmadá F.* qui, quæ docetur.

נִלְמָדִים נִלְמָדוֹת *nilmadím M. nilmadóth, F.* qui, quæ docentur.

Infinitivus.

הִלָּמֵד *hillaméd*, doceri.

Gerundia. בְּהִלָּמֵד *behillaméd* in docendo.
כְּהִלָּמֵד *kehillamed* ſecundum docere.
לְהִלָּמֵד *lehillaméd* ad docendū.
מֵהִלָּמֵד *mehillamed* à docendo.

Imperativus.

Singul.

הִלָּמֵד הִלָּמְדִי *hillaméd M. hillamedí F.* docere.

Plural.

הִלָּמְדוּ הִלָּמַדְנָה *hillamedu M. hillamédna F.* docemini.

Futurum.

Singul.

יִלָּמֵד תִּלָּמֵד *jillaméd M. tillaméd F.* docebitur.
תִּלָּמֵד תִּלָּמְדִי *tillaméd M. tillamedí F.* doceberis.
אֶלָּמֵד *ellaméd C.* docebor.

Plural.

יִלָּמְדוּ תִּלָּמַדְנָה *jillamedú M. tillamédna F.* docebuntur.
תִּלָּמְדוּ תִּלָּמַדְנָה *tillamedú M. tillamedna F.* docebimini.
נִלָּמֵד *nillaméd C.* docebimur.

§. IV. De Conjugatione Pihel.

1. Vocatur hæc Conjugatio *gravis* à *Dages forti* mediæ radicali impresso: quod etiam significationem auget. Nam quæ in *Kal* sunt Neutra, hîc ferè Activa fiunt: quæ in *Kal* Activa, hic aliquid momenti ad activitatem accipiunt.

2. Punctum ejus terminativum est Zere. Primæ literæ in Præterito quidem Chirik parvum; in reliquis autem Patach subjicitur.

3. Participia מ characteristicam præfixam habent cum Sceva.

4. Itaque hanc Conjugationem facilè disces. Si enim Chirik, Præteriti mutes in Patach, habes Infinitivum. Si Infinitivo præponas מְ, aut literas *Ethan*, vel *Baclam*, habes Participia, Futurum & Gerundia. Inspice paradigma.

Præteritum.

Singul.

לִמֵּד לִמְּדָה	*Limméd M. limméda F.* Didicit sedulò.
לִמַּדְתָּ לִמַּדְתְּ	*limmádta M. limmádt F*
לִמַּדְתִּי	*limmádti C.*

Plu-

Plurali.

לִמְּדוּ *limmedú C.*

לִמַּדְתֶּם לִמַּדְתֶּן *limmadtém M. limmadtén F.*

לִמַּדְנוּ *limmádnu C.*

Participium Benoni.

Singul.

מְלַמֵּד מְלַמְּדָה מְלַמֶּדֶת *melammédM. melammedá melammedet F.*

מְלַמְּדִים מְלַמְּדוֹת *melammedímM. melammedót F.*

Infinitivus. לַמֵּד *lamméd.*

Gerundia בְּלַמֵּד *belamméd.*

כְּלַמֵּד *kelamméd.*

לְלַמֵּד *lelamméd.*

מְלַמֵּד *millaméd.*

Imperativus.

Sing.

לַמֵּד לַמְּדִי *lamméd M. lammedí F.*

Plur.

לַמְּדוּ לַמֵּדְנָה *lammedú M. lammedna F.*

Futurum.

Sing.

יְלַמֵּד תְּלַמֵּד *jelamméd M. telamméd F.*

תְּלַמֵּד תְּלַמְּדִי *telamméd M. telammedí F.*

אֲלַמֵּד *alammed C.*

Plural.

יְלַמְּדוּ תְּלַמֵּדְנָה *jelammedú M. telammédna F.*

תְּלַמְּדוּ תְּלַמֵּדְנָה *telammedú M. telammedna F.*

נְלַמֵּד *nelamméd C.*

§. V. *De Conjugatione Püal.*

1. *Püal* eſt prioris paſſiva, à quâ etiam ferè non differt, niſi per Kibbuz in locum Chirik ſuffectum, & Patach in locum Zere ſub ſecunda radicali. Dicitur Hebræis *declinatio, cujus non commemoratur agens*. Hinc

2. Caret Imperativo, ut & *Hophal*: eò quod (ait Kimchi in Michlol fol. 28. apud Buxdorf. hîc) ſignificent paſſionem ab alio agente inferendam, & quæ non eſt in poteſtate patientis. Non enim poſſumus imperare alicui, ut occidatur, cum ſe ipſum non debeat occidere. Poſſumus tamen imperare, quando agens & patiens idem eſt. Sic dicimus, הִשָּׁמֵר cuſtodire, i. e. cuſtodi te

te ipſum, cave tibi. Igitur Niphal quidem habet ſignificationem reciprocam : reliqua verò paſſiva paſſionem ſignificant tantùm ab alio advenientem.

3. Infinitivus per Cholem terminatur: tu paradigma conſule.

Præteritum *Singul.*

לֻמַּד לֻמְּדָה *LümmédM. lümmeda F.* Doctus eſt ſedulò.

לֻמַּדְתָּ לֻמַּדְתְּ *lümmádtaM. lümádt F.*

לֻמַּדְתִּי *lümmádti C.*

Plural.

לֻמְּדוּ *lümmedú C.*

לֻמַּדְתֶּם לֻמַּדְתֶּן *lümmadtém M. lümadtén F.*

לֻמַּדְנוּ *lümmádnu C.*

Participium Benoni.

לֻמָּד לֻמָּדָה *lümmad M. lümadá F.*

לֻמָּדִים לֻמָּדוֹת *lümadim M. lümadót F.*

Particip. Præteriti

Singul.

מְלֻמָּד מְלֻמָּדָה. מְלֻמֶּדֶת *melümád M. madá, melüméledt f.*

Plur.

מְלֻמָּדִים מְלֻמָּדוֹת *melümadim M. melümmadot F.*

Infinitivus. לֻמַּד

Imperativo caret.

Futurum

Sing.

יְלֻמַּד תְּלֻמַּד	*jelümmád M. telümmád F.*
תְּלֻמַּד תְּלֻמְּדִי	*telümmád M. telümmadí F.*
אֲלֻמַּד	*alümmád C.*

Plural.

יְלֻמְּדוּ תְּלֻמַּדְנָה	*jelümmedú M. telümmádna F.*
תְּלֻמְּדוּ תְּלֻמַּדְנָה	*telümmedú M. telümmádna F.*
נְלֻמַּד	*nelümmád C.*

§. VI. *De Conjugatione Pöel.*

Hæc eſt vicaria *Piel*, à qua differt, quod loco *Dages* aſſumat *Vau Cholem.* Nec opus videtur paradigma apponere, cum in cæteris omnibus cum *Piel* conſentiat. Primas tamen ejus perſonas exhibebimus.

Præteritum	לֹמֵד	*Loméd.*
Benoni	מְלֹמֵד	*meloméd.*
Partic. Præt.	מְלוֹמָד	*melomád.*
Infinitivus	לוֹמֵד	*loméd.*
Gerundia	בְּלוֹמֵד	*beloméd &c.*

Impe-

Imperativus לֹומֵד *loméd.*

Futurum יְלֹומֵד *jeloméd.*

§. VII. De Conjugatione Hiphil.

1. Hæc mutat significationem intransitivam, ut v. g. quod in *Kal* significat stare, hîc constituere significabit. Quamvis & sint, quæ simplicem actionem significant.

2. Characteristica ejus est ה cum Chirik parvo, quod extra Præteritum mutatur in Patach. Secunda autem radicalis movetur per Chirik magnum. Quod etiam præter consuetudinem manet in incrementis syllabicis, factis in fine per *Jod* & *Vau*: nec non per ה in tertia fœminina Singularis Numeri Præteriti, accentu quoque retento. Id ipsum tamen mutatur in Zere, sequente syllabâ נָה. Fac paradigma excutias.

Præteritum

Singul.

הִלְמִיד הִלְמִידָה *Hilmíd M. hilmída f.* Discere fecit, vel docuit.

הִלְמַדְתָּ הִלְמַדְתְּ *hilmádta M. hilmadt f.*

הִלְמַדְתִּי *hilmadti C.*

Plu-

Plurale.

הִלְימִדוּ *hilmídu C.*

הִלְמַדְתֶּם הִלְמַדְתֶּן *hilmadtém M. hilmadtén F.*

הִלְמַדְנוּ *hilmádnu C.*

Participium Benoni.

Singul.

מַלְמִיד. מַלְמִידָה,ת *malmíd M. malmída F.*

Plurali.

מַלְמִידִים מַלְמִידוֹת *malmidím M. malmidót F.*

Infinitivus & הַלְמִיד *halmíd.*

Gerundia בְּ

Imperativus כְּ

Singul.

הַלְמִיד הַלְמִידִי *halmíd M. halmídi f.*

Plural.

הַלְמִידוּ הַלְמֵדְנָה *halmidu M. halmédna F.*

Futurum

Singul.

יַלְמִיד תַּלְמִיד *jalmíd M. talmíd F.*

תַּלְמִיד תַּלְמִידִי *talmíd M. talmídi F.*

אַלְמִיד. *almíd C.*

Plu-

Plural.

יִלְמִידוּ תַּלְמֵדְנָה *ialmídu M. talmédna F.*

תַּלְמִידוּ תַּלְמֵדְנָה *talmídu M. talmédna F.*

נַלְמִי *nalmíd C.*

§. VIII. De Conjugatione Hophal.

1. Hæc eſt Paſſiva prioris: cujus characteriſtica eſt ה cum Kamez Chatuph.

2. Declinatur facilè per analogiam ſumptam ad præcedentes. Accipe paradigma.

Præteritum.

Singul.

הָלְמַד הָלְמְדָה *Holmád M. Holmedá F.* Diſcere factꝰ eſt.

הָלְמַדְתָּ הָלְמַדְתְּ *holmádta M. holmádt F.*

הָלְמַדְתִּי *holmodti C.*

Plural.

הָלְמְדוּ *holmedú C.*

הָלְמַדְתֶּם הָלְמַדְתֶּן *holmadtém M. holmadtén F.*

הָלְמַדְנוּ *holmádnu C.*

Participium Benoni.

Singul.

הָלְמַד הָלְמָדָה הָלְמֶדֶת *holmád M. holmada, holmédet F.*

Plural.

הָלְמָדִים הָלְמָדוֹת *holmadím M. holmadót F.*

Participium Præteriti

Singul.

מְלֻמָּד מְלֻמָּדָה *mülmád M. mülmedá F.*

מְלֻמָּדִים מְלֻמָּדוֹת *mülmádim M. mülmadót F.*

Infinitivus הָלְמֵד *holméd.*

Futurum

Singul.

יָלְמַד תָּלְמַד *iolmád M. tolmád F.*

תָּלְמַד תָּלְמְדִי *tolmád M. tolmedí F.*

אָלְמַד *olmád C.*

Plur.

יָלְמְדוּ תָּלְמַדְנָה *iolmedú M. tolmádna F.*

תָּלְמְדוּ תָּלְמַדְנָה *tolmedú M. tolmádna F.*

נָלְמַד *nolmad C.*

§. IX.

§. IX. De Conjugatione Hitpael.

1. Hæc ſignificat actionem in ſe ipſam: ita ut הִתְלַמֵּד ſignificet, docuit ſe ipſum.

2. Compoſita eſt ex ſyllaba הִתְ & piel: ex qua facillimè diſcetur, reducendo in memoriam dicta §. 3. n. 3.

3. *Paradigma.*

Præteritum.

Sing.

הִתְ לַמֵּד הִתְ לַמְּדָה *Hitlamméd M. hitlammedá F.*

הִתְ לַמַּדְתָּ הִתְ לַמַּדְתְּ *hitlammádta M. hitlammedt F.*

הִתְ לַמַּדְתִּי *hitlammádti C.*

Plur.

הִתְ לַמְּדוּ *hitlammedú C.*

הִתְ לַמַּדְתֶּם הִתְ לַמַּדְתֶּן *hitlammadtémM. hitlammadtén F.*

הִתְלַמַּדְנוּ *hitlammadnu C.*

Participium Benoni.

Sing.

מִתְ לַמֵּד מִתְ לַמְּדָה -- לַמֶּדֶת *mitlamméd M. mitlammedá, êdet F.*

Plur.

מִתְלַמְּדִים מִתְלַמְּדוֹת *mitlammedím M. mitlammedot. F.*

Infinitivus.

הִתְלַמֵּד *hitlamméd.*

Gerundia. בְּ
מִ &c.

Imperativus.

Sing.

הִתְלַמֵּד הִתְלַמְּדִי *hitlamméd M. hitlammedí F.*

Plural.

הִתְלַמְּדוּ הִתְלַמֵּדְנָה *hitlammedú M. hitlammédna F.*

Futurum.

Singul.

יִתְלַמֵּד תִּתְלַמֵּד *jitlamméd M. titlamméd F.*

תִּתְלַמֵּד תִּתְלַמְּדִי *titlamméd M. titlammedí F.*

אֶתְלַמֵּד *etlammet C.*

Plur.

יִתְלַמְּדוּ תִּתְלַמֵּדְנָה *jitlammedú M. titlammédna F.*

תִּתְלַמְּדוּ תִּתְלַמֵּדְנָה *titlammedú M. titlammédna F.*

נִתְלַמֵּד *nitlamméd C.*

CA-

CAPUT V.

De Conjugationibus Defectivorum.

§. I. *De Conjugationibus Defectivorum in genere.*

1. IMperfecta juxta c. 4. supra §. 1. n. 1. vel sunt Defectiva, vel Quiescentia, quamvis ex utrisque sint, quæ perfectè conjugentur interdum. A Defectivis incipimus: igitur *Defectiva generatim* sunt verba פ *Nun*, sive quorum prima radicalis est *Nun*: ל *Nun*, id est, quorum tertia radicalis est *Nun*: item ל *Tau*, nimirum, quorum tertia radicalis est *Tau*. Denique duplicantia ע, sive quæ secundam & tertiam radicalem habent eandem. Nam respectivè ad verbum פָּעַל, quod paradigmatis loco olim adhibebatur, cujuscunque radicis prima litera vocatur פ, qualiscunque illa litera sit, & secunda ע; ac tertia ל.

2. Proprium autem Defectivorum est, literam deficientem compensare per Dages. Neque enim lingua sacra patitur aliquid auferri, quod non compenset. Con-

tingit tamen nonnunquam compensatio per vocalem longam.

§. II. Defectiva נ *Nun, ut* נָגַשׁ *appropinquavit.*

1. Abjiciunt *Nun*, quando illud ad analogiam perfectorum scevandum esset.

2. Idem *Nun* in medio sic abjectum compensant per Dages impressum secundæ radicali. Quod fit accedentibus literis *Ethan*, *Baclam*, *&c.* characteristicis, de quibus c. 3. à qua tamen regula excipitur *Præteritum* & *Paul* in *Kal*. Dicitur enim נְגַשְׁתֶּם & נְגוּשָׁה à tertia persona præteriti נָגַשׁ.

3. Infinitivus *Kal* assumpto in fine etiam ה paragogico fit *sex punctorum*; id est duobus Segol notatus.

4. Hophal pro Kamez Chatuph sæpius habet Kibbuz. Paradigma esto נָגַשׁ appropinquavit; cujus

Benoni נוֹגֵשׁ
Paul נָגוּשׁ
Infin. גֶּשֶׁת
Imper. גַּשׁ. Cur sit Patach pro Cholem quære in P. 2. c. 4. §. 2. ad num. 5. add. 2.
Futurum יִגַּשׁ

Ni-

Niphal. Præt. בִּגַּשׁ
Ben. בִּגָּשׁ
Imper. הִנָּגֵשׁ &c.
Piel & Püal integra manent.
Hiphil. Præt. הִגִּישׁ
Partic. מַגִּישׁ &c.
Hophal. Præt. הֻגַּשׁ &c.

§. III. Defectiva Lamed, Nun & Tau, ut שָׁבַת *quievit,* שָׂטַן *odit.*

Illud tantum habent, quod quandocunque juxta Conjugationem perfectorum ad *Nun radicale* aliud *Nun servile*, vel ad *Tau radicale* aliud *Tau servile* accederet, alterum *Nun* vel *Tau* abjiciunt, ne frustra iteretur; abjectum autem compensent per *Dages* illi *Nun* vel *Tau*, quod restat, imponendum. Unde non scribenda est secunda præteriti *Kal* שָׁבַתְתָּ sed שָׁבַתָּ, nec prima pluralis à שָׂטַן scribenda שָׂטַנְנוּ sed שָׂטַנּוּ: & sic totum patet mysterium.

§. IV. Defectiva Aijn, ut סָבַב *circuivit.*

1. In *gravibus* conjugantur *quadratè*, mutando Dages in Vau Cholem, ut loco *Piel*

Piel fiat *Poël*, quam habes ſupra cap. 3. §. 6. Igitur pro סִבֵּב dicendum סוֹבֵב : & pro סֻבַּב fiet סוֹבַב , *Poal pro Püal.* Quæ dicuntur Conjugationes *quadratæ*, quod quatuor literas velut radicales repræſentent.

2. In *levibus* (quæ ſunt, quibus ad analogiam perfectorum non debetur Dages in ſecunda radicali) ſecunda *radicalis* cum prævia vocali evaneſcit: compenſatur autem per Dages, ſi in fine augmentum fiat: exceptis participiis *Kal*, quæ ſolent integra manere.

3. Augmenta *antecedentia*, dum accentus proximam afficit ſyllabam, habent vocalem longam, exceptis Futuro, Imperativo, & Infinitivo *Niphal.*

4. Augmenta autem *conſequentia* per literam quieſcentem facta accentum non promovent, exceptis Participiis. At conſtantia literâ mobili promovent accentum, correptis vocalibus longis immediatè antecedentibus.

5. *Epentheſis* fieri ſolet per *Segol* in Futuris & Imperativis, & per *Cholem* in Præteritis, ſerviente in fine litera mobili: quæ epentheſis accentum attrahit. Paradigma ſubnecto, quod eſto סָבַב circuivit: in quo ſingulariter accentus ſunt attendendi.

Kal.

Kal. Praterit.	סַב סַבָּה
	סַבּוֹתָ־־וֹת
	- - - - בּוֹתִי
	סַבּוּ
	סַבּוֹתֶם־־תֶן
	סַבּוֹנוּ
Benoni	סוֹבֵב סוֹבְבָה
Paul	סָבוּב סְבוּבָה
Infinit.	סוֹב
Imperat.	סוֹב סוֹבִי
	סוֹבּוּ סְבֶינָה
Futur.	יָסוֹב תָּסוֹב
	תָּסֹב תָּסוֹבִּי
	אָסוֹב
	יָסוֹבּוּ תְּסֻבֶּינָה
	תָּסוֹבּוּ תְּסֻבֶּינָה
	נָסוֹב
Niphal Præterit.	נָסַב נָסַבָּה
	נְסַבּוֹתָ נְסַבּוֹת
	נְסַבּוֹתִי
	נָסַבּוּ
	נְסַבּוֹתֶם־־תֶן
	נְסַבּוֹנוּ

נסב נסבה	*Benoni*
הסוב	*Infinit.*
הסב הסבי	*Imperat.*
הסבו הסבינה	
יסב תסב	*Futur.*
תסב תסבי	
אסב	
יסבו תסבינה	*&c.*
הסב הסבה	*Hiphil Præterit.*
הסבות ־ בות	
הסבותי	
הסבו	
הסבותם ־ תן	
הסבונו	
מסב מסבה	*Benoni*
הסב	*Infinit.*
הסב הסבי	*Imperat.*
הסבו הסבינה	
יסב תסב	*Futur.*
תסב תסבי	*&c.*
יסבו תסבינה	*&c.*

Hophal Præterit.	הוּסַב
&c.	הוּסַבּוֹתָ־־בּוֹת
	הוּסַבּוּ
&c.	הוּסַבּוֹתֶם־־תֶּן
Paul	מוּסָב
Infinitiv.	הוּסַב
Imperat.	הוּסַב
Futur.	יוּסַב

CAPUT VI.

De Conjugationibus quiescentium.

§. I. *Quiescentia in genere*

1.

HOc habent proprium, quod literam radicalem omissam vocali longâ compensent.

2. Sunt autem quiescentia verba Pe *Aleph*, ut אָמַר dixit, vel Pe *jod*, ut יָשַׁב habitavit, vel *Lamed Aleph*, ut מָצָא invenit, vel *Lamed He*, ut גָּלָה migravit, vel *Ayn Vau*, ut קוּם surgere vel *Ayn Jod*, ut בִּין intelligere.

§. II. *Quiescentia Pe Aleph, ut* אָמַר *dixit.*

1. Anomaliam hanc unicam habent, quod in Futuro *Kal Aleph* quiescat in *Cholem*, & secunda radicalis moveatur per *Patach*, adeoque futurum ejus sit יֹאמַר.

2. Quia א juxta n. 14. c. 1. non recipit Dages, illud compensatur in præcedente syllaba per vocalem longam, quando ipsum Aleph juxta Conjugationem Perfectorum Dages requireret. Hinc Futurum *Niphal* est יֵאָמֵר pro יִאָּמֵר quod intellige de omnibus aliis cœptis à gutturali aut Resch.

3. Quando idem א juxta Perfectorum analogiam requirit Sceva, illud hîc debet esse compositum per n. 9. c. 1. hinc secunda Pluralis Numeri *Præteriti Kal* est אֲמַרְתֶּם non אְמַרְתֶּם *Imperativus* אֱמוֹר, *Præteritum Niphal* נֶאֱמַר &c. *Hiphil* הֶאֱמִיר *Hophal* הָאֳמַר Quare autem Præfixæ hic non habeant Chirik, quære in P. 2.

§. III. *Quiescentia Pe Jod, ut* יָשַׁב *habitavit.*

1. In *levibus* (quibus solis heteroclisiam subeunt) *Jod scevandum* abjiciunt, planè

ut

ut *Pe Nun*, cujus etiam Infinitivum imitantur in *Kal*.

2. Quando verò idem *Jod* præfixis characteristicis fit *medium*, tunc abjicitur quidem, non tamen compensatur per Dages, ut Defectiva *Pe Nun*; sed compensatur per *vocalem longam* per n. 1. §. 1. hujus. Et quidem in Futuro *Kal* per *Zere*: in *Hiphil* per *Cholem*, sicut etiam in *Præterito* & *Benoni Niphal*: in reliquis autem temporibus *Niphal* per *Vau Dagessatum* & mobile: in *Hophal* verò per *Schurek*. Igitur *Imperativus Kal* est שֵׁב *Futurum* יֵשֵׁב per n. 5. §. 2. c. 4. *Infinitivus* שֶׁבֶת *Niphal Præteritum* נוֹשַׁב *Infinitivus* הִוָּשֵׁב *Hiphil* הוֹשִׁיב *Hophal* הוּשַׁב.

§. IV. *Quiescentia Lamed* א, *ut* מָצָא *invenit*.

1. Habent א *quiescens* in *Kamez* in tertiis personis *Præteritorum Passivorum* masculinis numeri Singularis: inque toto *Præterito*, & *Imperativo Kal*; præter personas finaliter auctas per literas quiescentes. Quod Imperativum imitatur *Futurum Püal* & *Hophal*.

2. In *Zere* quiescit *tertiâ Piel masculinâ*, & aliis præteritorum Personis (præter Kal) quoties iis in fine servit litera mobilis; & Infinitivo *Hophal*.

 3. In

3. In *Segol* ante syllabam נָה servilem, in *Futuris* nimirum & *Imperativis*.

4. Infinitivi quoque assumunt terminationem *oth.* Igitur Præteritum *Kal est* מָצָא , מָצְאָה, מָצָאתָ &c. *Niphal* נִמְצָא *Imperativus Kal* מְצָא *Futurum Kal* יִמְצָא *Futurum Hophal* יֻמְצָא *tertia Piel* מִצֵּא *& reliquæ persona* מִצֵּאתָ &c. הִמְצֵאתָ *Infinitivus Hophal* הֻמְצֵא vel הֻמְצֵאת : Ultima *Imperativi Kal* מְצָאנָה.

§. V. *Quiescentia Lamed He ut* גָּלָה *migravit.*

1. In fine ה *quiescens* in præteritis accedente altero ה servili mutant in *Tau.*

2. In *Participiis*, quando hæc crescunt, *He* abjiciunt cum sua vocali.

3. Idem ה in *Paul Kal* vertunt in *Jod.*

4. Augmenta *quiescentia* absorbent ה: non *quiescentia* mutant in *Chirik longum.* Passiva tamen *Jod* præcedente Zere desiderant. *Piel* & *Hiphil* utrumque recipiunt.

5. Serviente syllabâ נָה transit in *Jod* præcedente *Segol.*

6. In *tertia Singulari Præteritorum* ה quiescit in *Kamez*: *Futuris* & *Participiis* in *Segol:*

Segol: Imperativis in *Zere: Infinitivis* in *Cholem*, cui & *Tau* adjungi poteſt. Itaque גָּלָה גָּלְתָה גָּלִיתָ *Præteritum Kal* eſt &c. *Participium Benoni* גּוֹלֶה גּוֹלָה *Paul in Kal* גָּלוּי גְּלוּיָה *&c. Imperativus Kal* גְּלֵה גְּלִי גְּלוּ גְּלֶינָה *Infinitivus Kal* גָּלֹה־גְּלוֹת *Niphal Præterit.* נִגְלָה נִגְלְתָה נִגְלֵיתָ *Benoni Niphal* נִגְלֶה נִגְלָה *Futurum Niphal* יִגָּלֶה Similiter in cæteris dictas regulas obſervabis.

§. VI. Quieſcentia Ayn Vau, vel Jod ut קוּם *ſurgere.*

Conveniunt ferè cum duplicantibus *Ayn*, & differunt ab iisdem

1. Quod non recipiant *Dages*, juxta n. 1. §. 1. c. 5. & conſequenter præcedentem vocalem non corripiant per num. 14. c. 1.

2. Quod in Præterito *Kal* habeant *Kamez* & non Patach.

3. Futurum autem *Schurek*, & non *Cholem*.

4. Quod *Niphal* terminetur per *Cholem*, & non Patach.

5. Quod *Hiphil* amet Chirik pro terminativo.

 6. E-

6. Epenthesin usurpant tantùm in *Præterito Niphal* & *Hiphil.*

7. Horum propria est Conjugatio *Poël* loco *Piel.*

8. Quiescentia *Ayn Jod* eandem habent Methodum, quam quiescentia *Ayn Vau.* Unde diversus paragraphus pro illis non est ponendus.

9. Igitur *Præteritum Kal* est קָם קָמָה קָמְתָּ

Futurum Kal יָקוּם

Niphal Præt. נָקוֹם נָקוֹמָה נְקוּמוֹתָ נְקוּמוֹת

Infinitivus הִקּוֹם

Hiphil Præt. הֵקִים הֵקִימָה הֲקִימוֹתָ הֲקִימוֹת

Benoni מֵקִים

Futur. יָקִים

Hophal הוּקַם &c.

§. VII. *De Verbis Compositis.*

1. *Composita* Hebræis sunt, quibus vel radicales geminatæ sunt ut גִּלְגֵּל, quod aliud non est quam גַּל geminatum. Aut constant 4 literis diversis, ut כִּרְבֵּל exterminа-

minavit; cujusmodi vocantur *verba 4 literarum*, conjugantur more Perfectorum in *Piel*, quo proinde utraque hæc referuntur.

2. Sunt etiam nonnulla 5. literarum, ut סְחַרְחַר circuivit, יְפֵיפָה pulcher factus est, חֲמַרְמַר turbatus est. Quorum primum ad formã *Kal*, reliqua duo ad *Hophal* vel potius *Poal* conjugantur sic: *Præterit.* סְחַרְחַר *Benoni* סוֹחַרְחַר *Fut.* יְסַחְרְחַר *Infin.* סַחַרְחַר. At verò חֲמַרְמַר *Benoni* dat חֲמַרְמַר *Futur.* יְחֲמַרְמַר In similem modum יְפֵיפָה.

3. Sunt præterea *Composita* ex quiescentibus & defectivis, quæ nimirum tam in principio quam in fine aut quiescunt, aut deficiunt, quorum 6 formæ adferuntur. Videlicet *Pe Aleph & Lamed* ה ut אָוָה desideravit.

Pe Jod & *Lamed* א ut יָצָא egressus est.

Pe Jod & *Lamed* ה ut יָדָה projecit.

Pe Nun & *Lamed* א ut נָשָׂא elevavit.

Pe Nun & *Lamed* ה ut נָטָה extendit.

Pe Nun & *Lamed Nun* ut נָתַן dedit.

4. Quæ cum anomaliam suam planè accommodent ad ea, quæ de ipsorum sim-

plicibus dicta sunt, non est, quod de iisdem canones jam dictos repetamus.

5. *Hactenus de partibus Orationis. Nunc de mutatione vocalium, quæ in singulis aliqua cernitur.*

CAPUT VII.

De Permutationibus Vocalium.

PErmutatio Vocalium ita frequens & insignis est in lingua hebræa, ut ejusdem forma quædam constitutiva vocari non immeritò possit. Videtur autem totum hoc permutandi negotium ad duos posse fontes reduci, qui sunt, *Studium euphoniæ*, cujus ratio in concursibus est adhibenda; & *Accentûs tonici observatio*. Qui accentus propter motiones vocum & incrementa mutari solet, ut ex paradigmatis, & alibi dictis abundè constat.

§. I. *Mutatio Vocalium propter concursum.*

1. Generatim supponendum est, affinitatem quandam & velut cognationem esse certarum vocalium inter sese, ratione cujus

cujus una in unam faciliùs, quàm in aliam mutetur. Quamvis illa inſpectione paradigmatum utiliùs videatur, quàm multo regularum apparatu perdiſci poſſe: Exemplum tamen illuſtre habes ſupra n. 8. §. 2. c. 3. Supponendum prætereà, linguam ſacram neque ſuperfluitates amare, neque defectum admittere, quem non compenſet. Prius apparet ex *Defectivis Lamed Nun* & *Tau*, uti n. 2. §. 1. c. 4. monuimus: poſterius ex *quieſcentibus*, ut n. 1. §. 1. c. 5, dictum eſt.

2. Porrò propter concurſum mutationes in vocalibus accidere patet ex n. 5. c. 1. de Patach rapto, item ex n. 8. & 9. c. 1. de duplici nominum ſtatu & concurſu Subſtantivi ad Subſtantivum. Item n. 9. c. 1. de concurſu gutturalis cum Sceva. Item §. 2. c. 3. n. 3. & ſequentibus: quorum nonnulla hîc repetimus, ut alia commodiùs adjungamus.

3. Quando duo *Scevaim* juxta communem analogiam concurrerent, prius mutatur in *Chirik*, patet ex n. 8. §. 2. c. 3. Item in Futuris & Gerundiis Conjugationum, quorum præfixis characteriſticis naturaliter deberi Sceva patet in Conjugationibus gravibus. Ratio eſt; quia duo Scevaim

vaim facerent duas Syllabas imperfectas, quæ pronunciari non possent.

4. Pro *Chirik* tamen infra gutturales præfixas *Segol* ponitur, ut in 1. pers. Singulari Futuri *Kal.* Et P*atach* in iis, quæ secundam radicalem habent Resch aut gutturalem: ut לַחְמִי panis meus. Quod tamen Patach etiam alia assumunt: uti מַלְכִּי rex meus.

5. Memento etiam eorum, quæ §. 2. cap. 3. ab hac regula excipiuntur num. 5. 6. 7. 8. 9.

6. Specialiter autem adverte, quod ibidem num. 8. dictum fuit de *Sceva simplici* ante compositum, illud videlicet transire in Vocalem ipsi Sceva composito *analogam.* Exempla habes n. 3. §. 2. c. 6. De *Vau copulativo* vide P. 2. cap. 3. addit. 1. ad §. 3.

7. Quodsi *Sceva compositum* sit ante *simplex*, compositum amittit Sceva simplex, remanente solùm vocali: sic pro מַעֲשְׂךָ dicendum est מַעַשְׂךָ. De quo vide P. 2. c. 3. §. 2. ad num. 8.

8. Quando post *Zere* ponendum est P*atach raptum:* Zere illud cum Patach rapto

pro transit in unum Patach, sic pro הוֹשֵׁעַ dicitur הוֹשַׁע. Nempe duæ syllabæ, quarum altera perfecta, altera imperfecta, transeunt in unam perfectam. Vide addit. 5. ad num. 7. §. 2. c. 4. & hîc inferiùs num. 13.

9. Idem est de Segol ante ח & ע. Dicitur enim פַּתַח pro פֶּתַח. Quodsi ח & ע in medio sint, utrumque Patach est. Sic dicitur פַּעַל pro פֶּעֶל. Nimirum Singularis affinitas est inter Patach & Segol, quod Patach sit Vocalis A Suevica; Segol autem á diphthongus Germanica, sive a punctatum, quale est in voce Väter/ patres: hæc autem sono ferè conveniunt. Dicitur tamen לֶחֶם panis, & רֶחֶם uterus, quamvis & רַחַם puella.

10. Literæ *quiescentes* non quiescunt post vocales brevissimas: sed ferè *post longas*. Patet in Conjugationibus Quiescentibus. Et ratio est: quia quies literarum per vocalium longitudinem compensanda est, juxta num. 1. hujus. Hinc punctum Chirik ante Jod est vocalis longa.

11. Si post vocalem longam sequatur per analogiam Dages, mutantur *longæ* in *breves* analogas: putà Kamez in Patach, Zere

Zere in Chirik &c. uti ſatis apparet in Defectivis §. 4. cap. 5. Combina num. 9. §. ſeq.

12. Quando autem litera Dageſſanda, non capit Dages juxta num. 14. c. 1. Vocalis *brevis* præcedens mutanda eſt in *longam* analogam, putà Patach in Kamez, Chirik in Zere &c. Sic legitur מֵהֶם ab illis, pro מִהֶם num. 5. §. 2. cap. 2. ut nimirum compenſatio fiat per num. 1. hujus. Vide ad num. 9. §. ſeq. & ad n. 3. §. 2. c. 3.

13. Interdum *plures* Vocales in *unam* tranſeunt per quandam craſin & ſyncopen. Exempli loco lege num. 5, 6, 7. §. 2. cap. 3. Sic reperies לֵאמוֹר pro לֶאֱמוֹר &c. Combina num. 6. §. 2. c. 3. & hic ſuperiùs n. 8. & 9.

14. Propter Accentus regios de quibus P. 2. c. 1. ad num. 8. addit. 3. præfixæ ו & ל præſertim in monoſyllabis ſunt cum Kamez, ut וָדוֹר & generatio.

15. Etiam illud hîc annotamus, quod quæ in fine habent Segol ſine Accentu, in penultima aut Segol habent, aut Zere aut Cholem. Vide tamen ad n. 1. §. 1. c. 10. duò exempla ultimâ.

§. II.

§. II. *De mutatione Vocalium propter Accentus.*

1. Aquam cribro hauriret, si quis laboraret, ut posset primitivas vel Accentuum, vel Vocalium leges ex quibusdam physicarum causarum fontibus Geometricâ demonstratione accersere. Ut proinde prima regula esse debeat paradigmatum, quæ vel c. 2. de Pronominibus & affixis, nec non nominibus; vel c. 4. de Verbis Perfectis dedimus, accurata inspectio & notitia. Attamen quædam hic annotare non inconsultum putavimus.

2. Accentus *tonicus* (de hoc enim hîc agimus) in antepenultima non habet locum, sed vel in ultima & vocem denominat *milra;* vel in penultima, & *milel* eandem seu penacutam appellari facit. Vide tamen de meteg add. 12. ad num. 8. cap. 1.

3. Constat autem, eundem Accentum tonicum syllabam suam attollere ac retardare, sive ut Latini loquuntur plura ei tempora attribuere. Unde fit, ut sicut apud Latinos nulla syllaba brevis, ita apud Hebræos nulla Scevata aut Chatephata tonici Accentûs sit capax. Hinc duplex Sceva in

fine

fine quiescit per n. 6. c. 1. & meras Vocales raptas vox nulla admittit.

4. Quando duæ dictiones copulantur per Maccaph, tonus vim suam exerit in posteriore: ita ut præcedens dictio magis cursim, posterior autem magis tractim sit efferenda. Cum enim sic ex duabus fiat virtualiter una dictio, si prior tonum retineret, quia una vox non nisi unum tonum acutum habere potest, tonus idem remaneret ferè semper (æquivalenter) in antepenultima, quod est contra n. 2. Unde etiam præcedens Vocalis corripitur per num. 11. cap. 1. Ubi כָּל־אֶרֶץ tanquam una vox Accentum habet infra *Aleph*: præcedens autem Syllaba כָּל Accentu caret. Vide addit. 19. & seqq. ad num. 8. cap. 1.

5. Simile aliquod *Maccaph* occultè latet inter duo nomina, quorum prius est in statu regiminis, de quo supra c. 2. §. 1. n. 7. Nam etiam tunc nomen posterius ἐμφατικωτέρως est proferendum, prius verò celeriùs, quasi omni tono careret: sicut Græci ultimam syllabam gravant in contextu. Unde conveniens est, ut nomen antecedens suas Vocales corripiat, & regimen

men absoluto brevius fiat, ac fluidius exeat: hinc etiam tale nomen constructũ non amat ה emphaticum. Lege tamen ad n. 5. §. 1. c. 7.

6. Sic etiam nomen *milel* leniùs fluit, quàm *milra*, quod asperitatem quandam suâ morâ inducit. Velut etiam expeditiùs pronunciamus Latinum Deus, quam Græcum θεός. Quem propterea accentum Acutum in contextu, ut modò dicebamus, non ferunt Græci. Combina addit. 21. ad n. 8. c. 1.

7. Affixa quoque plus animæ ac toni videntur habere, in nominibus, quàm literæ formativæ personarum in Verbis, cum ה affixi fœminini *Mappik* assumat, non item ה formativum generis Fœminini, ut patet ex num. 3. §. 1. cap. 2, num. 8. & 9. §. 2. ejusdem capitis, & cap. 4. ex paradigmate Verbi. Ratio videtur esse; quod affixum ה contineat totum Pronomen הִיא contractum.

8. Manente Accentu manet etiam Vocalis. Patet ex secunda Masculina, & Fœmininâ, prima Singulari, ac prima Plurali Præteritorum in Verbis: item in Futuris & Imperativis adjectâ in fine Syllabâ נָה & in duplicantibus & quiescenti-

bus *Ajn.* Combina addit. 21. ad num. 8. c. I.

9. Et hæc regula valet etiam dum Dages ſequitur, ante quod aliàs vocalis mutanda eſt per num. 14. cap. 1. & num. 11. §. 1. hujus, videlicet quando Accentus promovetur. Quando autem non promovetur, non mutari vocalèm etiam propter Dages patet ex tertia Fœminina Singulari & tertia Plurali Præteritorum defectivorum *Ajn.* Ratio autem eſt; quia Accentus manens longitudinem vocalis ſuſtinet & excuſat: Corripi autem deberet Accentu promoto, ne ſuâ morâ accentui derogaret. Vide ad n. 14. c. 1.

10. Vocalis *mutabilis* propter augmentum ſyllabicum per literas mobiles factum ab accentu tertiâ ſyllaba diſtans mutatur in Sceva. Patet tàm in paradigmate nominis דָּבָר num. 8. §. 2. cap. 2. quàm in ſecunda perſona Plurali Præteriti *Kal* n. 7. §. 2. c. 4. Sicut etiam in iis temporibus imperfectorum, quibus epentheſis adhibetur. Ratio eſt ex num. 3. hujus. Cum enim tertia illa ſyllaba tractim ſit efferenda, hinc illa quæ remotiùs diſtat, raptim pronuncianda venit, ne morâ ſuâ vim accentûs debilitet, & ne videatur etiam in

ante-

antepenultima tonus esse contra n. 2. hujus Literæ *mobiles* sunt hîc תמן. Vocales *mutabiles* dat cap. seq. §. 1. n. 1.


11. Quando autem hujusmodi augmentum fit per Literas *quiescentes* in verbis (quales literæ sunt יהו) non tertia, sed secunda vocalis transit in Sceva. Patet in tertia fœminina singulari, & tertia Plurali Præteritorum. Item in Futuris & Imperativis *Niphal*. In Participio autem Benoni *Kal* contingit hoc ipsum sive augmenti litera sit mobilis, sive quiescens. Et hæc sine dubio varietatis & discriminis causâ.

12. Affixa tamen à num. 10. non recedunt, tametsi ex quiescentibus constent, ut patet ex n.8. §.2. c. 2. Ratio desumenda videtur ex n. 7. hujus. Vide tamen c.10. §.7. n. 5.

13. In quibusdam imperfectorum verborum temporibus, necessariò fieri debet epenthesis vocalis longæ, v. g. in secunda masculina singulari *Niphal* defectivorum *Ajin*. Nam illa persona debet esse *milel*, ut patet ex analogia ad perfectorum Conjugationum, & dicetur P. 2. addit. 2. ad n. 8. cap. 1. At secunda radicalis est dagessanda per num. 2. §. 4. c. 5. ergo nequit recipere

pere Sceva quiescens per num. 7. c. 1. ergò moveri debet per vocalem capacem Accentus; qualis imprimis non potest esse Sceva per num. 3. hujus: nec vocalis brevis, quia talis juxta analogiam ad perfecta, deberet sisti aliquâ literâ scevatâ, putâ tertiâ radicali (quæ hic supponitur deesse;) ut locum Accentui pararet: ergò debet esse vocalis longa.

Hactenus universaliores mutandarum vocalium rationes & regulas inquisivimus; Nunc specialiter ad Nomina, in quibus uti maxima difficultas, ità mutandi ratio accentus & motio est, transitum faciamus.



CAPUT VIII.

De mutatione Vocalium in Nominibus Masculinis propter Accentus sive motiones.

§. I. Quædam præmittuntur.

1.

Vocales *mutabiles* hîc loci & per se non sunt nisi hæ quatuor: Kamez, Zere, Segol, & Cholem: Nam aliarum Vocalium muta-

mutatio fit propter concurſum & analogiam, adeoque ferè per accidens. Eædem verò vocales non mutantur niſi in ultima & penultima Nominis ſyllaba; Nominis, inquam, in abſoluto Singulari ſpectati: Nam in Plurali aut cum affixis fit antepenultima, quæ penultima fuerat. Igitur penultimam illam ſyllabam *primam* mutandarum aut mutabilium, & ultimam *ſecundam* poſſumus appellare; ut facimus §. 2. paulò inferiùs in verſibus.

2. Porrò mutationes, quæ fiunt cum affixis pronominalibus, ſequuntur mutationem regiminum & Pluralem abſolutum: ut qui omnium Nominum regimina & Pluralem abſolutum calluerit, haud difficulter negotium totum mutandarum vocalium calleat. Ubi advertendum eſt, ſicut ſupra c. 2. §. 2. num. 7. diximus, quædam affixa addi Singulari, alia Plurali Numero; itâ præterea aliqua amare Nominum regimina, quæ ſunt iſta quatuor: הֶן, הֶם, כֶן, כֶם ideo affixa gravia aut regiminis appellata: alia verò omnia ſtatum abſolutum appetere; quæ proinde levia vel abſoluta dicuntur. Præterea hîc obſervandum eſt, regimen Plurale quidem ſemper eſſe à ſuo abſoluto diverſum: Singulare verò non ſemper; prout infra

§. 3. num. 2, 7, 8, 9, 10. dabimus Nomina, quorum regimen Singulare cum suo absoluto est idem.

3. Igitur regimen Singulare, dum est diversum ab absoluto, simpliciter assumit duo affixa כֶן, כֶם tunc singularia; prout habes exemplum cap. 2. §. 2. num. 8. Et regimen Plurale quorumcunque Nominum assumit simpliciter omnia quatuor illa affixa הֶן הֶם כֶן כֶם tunc pluralia; ut ex eodem exemplo patet: Sed & omnia affixa singularia, de quibus c. 2. §. 2. n. 7. ablato Jod assumit idem regimen Plurale eorum Nominum, quorum Singulare regimen cum suo absoluto coincidit. Sic enim ex סֵפֶר liber, cujus regimen singulare est idem, plurale autem סִפְרֵי ablato Jod, quod Pluralem indicat per n. 8. §. 1. c. 2, fit סִפְרוֹ liber ejus, סִפְרָם liber eorum, סִפְרִי liber meus &c.

4. Plurale autem absolutum abjecto ם assumit omnia affixa pluralia, præter quatuor illa gravia; & omnia quoque singularia, ablato Jod, in nominibus, quorum regimen Singulare à suo absoluto diversum est. Utrumque patet in eodem exemplo c. 2. §. 2. n. 8.

5. Porrò ipſum regimen, cum brevitatem præ abſoluto affectet, per n. 5. §. 2. c. 7. non tantùm antepenultimam corripit juxta n. 10. ejusdem §. 2. c. 7. ſed etiam ultimam, ut patet ex paradigmate ſæpè citato c. 2. §. 2. n. 8. Sed nunc videamus, quomodo vocales mutabiles mutentur in utroque regimine & abſoluto: de quo regulas memoriæ cauſa verſibus includemus.

§. II. Regulæ punctandi regimen utrumq; cum plurali abſoluto.

1. Zere non mutat; niſi Kamez ante Segolq;:
2. Ante ſed has mutat; niſi ſit poſt Zere quieſcens.
3. Per primum regimen Cholemq; Segolq; manebunt.
4. Syllaba prima rapit Kamez in mobile Sceva:
5. Ultima per regimen primum Patach eſſe jubebit;
6. Per regimen plurale Sceva; nil cæterà mutat.
7. Primum Zere modum cum Kamez ſervat eundem:
8. Quin & poſterius, ſi Kamez ante præivit:

9. *Sin alia antè fuit, dabit ultima ſyllaba Sceva.*

10. *Per Plurale Segol feret ultima ſyllaba Kamez;*

11. *Prima Sceva: in reliquis Scevata dat ultima primam.*

12. *Ante Zere aut Kamez Cholem remaneto: ſed ante*

13. *Chirik atq; Segol minus o ſuccedito magno.*

§. III. Harum Regularum Paradigmata.

1.	דָּבָר	*Regim. Sing.*	דְּבַר
2.	סֵפֶר	- - -	idem.
3.	שֵׂכָר	- - -	שְׂכַר
4.	שָׁכֵן	- - -	שְׁכַן
5.	הֵיכָל	- - -	הֵיכַל
6.	כּוֹרֵם	- - -	idem.
7.	מֶלֶךְ	- - -	idem.
8.	בַּעַל	- - -	idem.
9.	זֶרַע	- - -	idem.
10.	קֹדֶשׁ	- - -	idem,
11.	אֹהֶל	- - -	idem.
12.	חוֹלִי	- - -	idem.
13.	עִבְרִי	- - -	idem.
14.	נָקִי	- - -	נְקִי

Plur.

1.	*Plur. Abs.*	דְּבָרִים	*Plur. Reg.*		דִּבְרֵי
2.	- -	סְפָרִים	-	-	סִפְרֵי
3.	- -	שְׂכָרִים	-	-	שִׂכְרֵי
4.	- -	שְׁכֵנִים	-	-	שִׁכְנֵי
5.	- -	הֵיכָלִים	-	-	הֵיכְלֵי
6.	- -	כּוֹרְמִים	-	-	כּוֹרְמֵי
7.	- -	מְלָכִים	-	-	מַלְכֵי
8.	- -	בְּעָלִים	-	-	בַּעְלֵי
9.	- -	זְרָעִים	-	-	זַרְעֵי
10.	- -	קֳדָשִׁים	-	-	קָדְשֵׁי
11.	- -	אֳהָלִים	-	-	אָהֳלֵי
12.	- -	חֳלָיִים	-	-	חָלְיֵי
13.	- -	עִבְרִיִּים	-	-	עִבְרִיֵּי
14.	- -	נְקִיִּים	-	-	נְקִיֵּי

§. IV. Explicantur verſus §. 2. cum exemplis §. 3.

1. Per primum & ſecundum verſum Zere penultimæ mutabile eſt tantum ante Segol & Kamez: niſi tamen poſt ſe habeat literam quieſcentem; nam etiam tunc immutabile erit ex num. 10. §. 1. c. 7. Exempla ſunt num. 2. 3. 5. §. 3. *Ex quo omnia exempla hîc monſtro, juxta titulum hujus §.*

quoties solùm numeros recito, & non paragraphos.

2. Per tertium versum nomina Segolata, de quibus num. 15. §. 1. c. 7. Regimen Singulare non habent ab absoluto diversum. Ratio videtur esse ex num. 6. §. 2. c. 7. quia nomina milel asperitatem non afferunt in concursu. Exempla sunt num. 2, 7, 8, 9, 10, 11. De quibus proinde servandus est n. 3. §. 1. cap. hujus.

3. Versus 4, 5, & 6. sunt de Kamez. Nimirum illud, si fuerit in penultima, tàm in Plurali absoluto, quam in utroque regimine mutari in Sceva per num. 10. §. 2. cap. 7. & num. 5. ejusdem §. Si autem in ultima fuerit, mutari in regimine Singulari quidem in Patach; Plurali autem in Sceva, per num. 5. §. 1. hujus. Ubi consequenter observandus est numerus 3. §. 1. cap. 7. Denique jubet idem Kamez ultimæ in Plurali absoluto non mutari, exemplum est n. 1.

4. Versus 7, 8, 9. est de Zere. Quodsi in penultima fuerit, volunt omnino se habere ut Kamez in penultima, de quo sunt exempla num. 2. & 3. Salvo tamen numero secundo hujus de regimine non diverso in סֵפֶר. Ubi verò Zere in ultima

ma fuerit, diſtinctione eſt opus. Si enim ante ſe habuerit Kamez, eodem modo ſe habebit, ut Kamez in ultima. Exemplum datur num. 4. Si autem alia anteceſſit vocalis, mutandum eſt Zere in Sceva, præterquam in regimine Singulari. Exemplum eſt n. 6.

5. Verſus 10. & 11. eſt de Segol. Quodſi in penultima fuerit, mutandum eſt ſemper in Sceva (excepto tamen regimine per num. 2. hujus.) Si in ultima: Plurali quidem in Kamez, Singulari in Sceva mutum vertetur cum affixis quibusvis per numerũ 3. §. 1. cap. hujus ſupra. Exempla proſtant num. 2, 7, 8, 9, 10, 11. In quibus circa num. 8. & 9. revocandus in memoriam numerus 9. §. 1. cap. 7. De Patach Vicario Segol, quod proinde iisdem cum Segol hic legibus tractatur. Item obſervandum, dum ultimæ Segol tranſit in Sceva, prius Sceva per accidens mutari in Chirik per num. 3. §. 1. cap. 7. aut in Patach ejus Vicarium uti num. 9. per num. 4. §. 1. cap. 7. aut analogam ſui Sceva compoſiti ut num. 8. per num. 6. §. 1. c. 7. Cum ſub altera radicali gutturali ſit Sceva compoſitum; ſicut etiam num. 11. juxta n. 9. c. 1. Atq; hoc indicatur per clauſulam

ver-

bus *Ajn.* Combina addit. 21. ad num. 8. c. 1.

9. Et hæc regula valet etiam dum Dages ſequitur, ante quod aliàs vocalis mutanda eſt per num. 14. cap. 1. & num. 11. §. 1. hujus, videlicet quando Accentus promovetur. Quando autem non promovetur, non mutari vocalèm etiam propter Dages patet ex tertia Fœminina Singulari & tertia Plurali Præteritorum defectivorum *Ajn.* Ratio autem eſt; quia Accentus manens longitudinem vocalis ſuſtinet & excuſat: Corripi autem deberet Accentu promoto, ne ſuâ morâ accentui derogaret. Vide ad n. 14. c. 1.

10. Vocalis *mutabilis* propter augmentum ſyllabicum per literas mobiles factum ab accentu tertiâ ſyllaba diſtans mutatur in Sceva. Patet tàm in paradigmate nominis דָּבָר num. 8. §. 2. cap. 2. quàm in ſecunda perſona Plurali Præteriti *Kal* n. 7. §. 2. c. 4. Sicut etiam in iis temporibus imperfectorum, quibus epentheſis adhibetur. Ratio eſt ex num. 3. hujus. Cum enim tertia illa ſyllaba tractim ſit efferenda, hinc illa quæ remotiùs diſtat, raptim pronuncianda venit, ne morâ ſuâ vim accentûs debilitet, & ne videatur etiam in ante-

antepenultima tonus esse contra n. 2. hujus Literæ *mobiles* sunt hîc תמן. Vocales *mutabiles* dat cap. seq. §. 1. n. 1.


11. Quando autem hujusmodi augmentum fit per Literas *quiescentes* in verbis (quales literæ sunt יהו) non tertia, sed secunda vocalis transit in Sceva. Patet in tertia fœminina singulari, & tertia Plurali Præteritorum. Item in Futuris & Imperativis *Niphal*. In Participio autem Benoni *Kal* contingit hoc ipsum sive augmenti litera sit mobilis, sive quiescens. Et hæc sine dubio varietatis & discriminis causâ.

12. Affixa tamen à num. 10. non recedunt, tametsi ex quiescentibus constent, ut patet ex n. 8. §. 2. c. 2. Ratio desumenda videtur ex n. 7. hujus. Vide tamen c. 10. §. 7. n. 5.

13. In quibusdam imperfectorum verborum temporibus, necessariò fieri debet epenthesis vocalis longæ, v. g. in secunda masculina singulari *Niphal* defectivorum *Ajin*. Nam illa persona debet esse *milel*, ut patet ex analogia ad perfectorum Conjugationum, & dicetur P. 2. addit. 2. ad n. 8. cap. 1. At secunda radicalis est dagessanda per num. 2. §. 4. c. 5. ergo nequit reci-

pere Sceva quiescens per num. 7. c. 1. ergò moveri debet per vocalem capacem Accentus; qualis imprimis non potest esse Sceva per num. 3. hujus: nec vocalis brevis, quia talis juxta analogiam ad perfecta, deberet sisti aliquâ literâ scevatâ, putâ tertiâ radicali (quæ hic supponitur deesse;) ut locum Accentui pararet: ergò debet esse vocalis longa.

Hactenus universaliores mutandarum vocalium rationes & regulas inquisivimus; Nunc specialiter ad Nomina, in quibus uti maxima difficultas, ità mutandi ratio accentus & motio est, transitum faciamus.



CAPUT VIII.

De mutatione Vocalium in Nominibus Masculinis propter Accentus sive motiones.

§. I. *Quædam præmittuntur.*

1.

Vocales *mutabiles* hîc loci & per se non sunt nisi hæ quatuor: Kamez, Zere, Segol, & Cholem: Nam aliarum Vocalium muta-

mutatio fit propter concursum & analogiam, adeoque ferè per accidens. Eædem verò vocales non mutantur nisi in ultima & penultima Nominis syllaba; Nominis, inquam, in absoluto Singulari spectati: Nam in Plurali aut cum affixis fit antepenultima, quæ penultima fuerat. Igitur penultimam illam syllabam *primam* mutandarum aut mutabilium, & ultimam *secundam* possumus appellare; ut facimus §. 2. paulò inferiùs in versibus.

2. Porrò mutationes, quæ fiunt cum affixis pronominalibus, sequuntur mutationem regiminum & Pluralem absolutum: ut qui omnium Nominum regimina & Pluralem absolutum calluerit, haud difficulter negotium totum mutandarum vocalium calleat. Ubi advertendum est, sicut supra c. 2. §. 2. num. 7. diximus, quædam affixa addi Singulari, alia Plurali Numero; itá præterea aliqua amare Nominum regimina, quæ sunt ista quatuor: כֶם, כֶן, הֶם, הֶן ideo affixa gravia aut regiminis appellata: alia verò omnia statum absolutum appetere; quæ proinde levia vel absoluta dicuntur. Præterea hîc observandum est, regimen Plurale quidem semper esse à suo absoluto diversum: Singulare verò non semper; prout infra

§. 3. num. 2, 7, 8, 9, 10. dabimus Nomina, quorum regimen Singulare cum suo absoluto est idem.

3. Igitur regimen Singulare, dum est diversum ab absoluto, simpliciter assumit duo affixa כֶם, כֶן tunc singularia; prout habes exemplum cap. 2. §. 2. num. 8. Et regimen Plurale quorumcunque Nominum assumit simpliciter omnia quatuor illa affixa כֶם כֶן הֶם הֶן tunc pluralia; ut ex eodem exemplo patet: Sed & omnia affixa singularia, de quibus c. 2. §. 2. n. 7. ablato Jod assumit idem regimen Plurale eorum Nominum, quorum Singulare regimen cum suo absoluto coincidit. Sic enim ex סֵפֶר liber, cujus regimen singulare est idem, plurale autem סִפְרֵי ablato Jod, quod Pluralem indicat per n. 8. §. 1. c. 2, fit סִפְרוֹ liber ejus, סִפְרָם liber eorum, סִפְרִי liber meus &c.

4. Plurale autem absolutum abjecto ם assumit omnia affixa pluralia, præter quatuor illa gravia; & omnia quoque singularia, ablato Jod, in nominibus, quorum regimen Singulare à suo absoluto diversum est. Utrumque patet in eodem exemplo c. 2. §. 2. n. 8.

5. Por-

5. Porrò ipſum regimen, cum brevitatem præ abſoluto affectet, per n. 5. §. 2. c. 7. non tantùm antepenultimam corripit juxta n. 10. ejusdem §. 2. c. 7. ſed etiam ultimam, ut patet ex paradigmate ſæpè citato c. 2. §. 2. n. 8. Sed nunc videamus, quomodo vocales mutabiles mutentur in utroque regimine & abſoluto: de quo regulas memoriæ cauſa verſibus includemus.

§. II. Regulæ punctandi regimen utrumq; cum plurali abſoluto.

1. *Zere non mutat; niſi Kamez ante Segolq;*
2. *Ante ſed has mutat; niſi ſit poſt Zere quieſcens.*
3. *Per primum regimen Cholemq; Segolq; manebunt.*
4. *Syllaba prima rapit Kamez in mobile Sceva:*
5. *Ultima per regimen primum Patach eſſe jubebit;*
6. *Per regimen plurale Sceva; nil cæterà mutat.*
7. *Primum Zere modum cum Kamez ſervat eundem:*
8. *Quin & poſterius, ſi Kamez ante præivit:*

 9. Sin

9. *Sin alia antè fuit, dabit ultima syllaba Sceva.*

10. *Per Plurale Segol feret ultima syllaba Kamez;*

11. *Prima Sceva: in reliquis Scevata dat ultima primam.*

12. *Ante Zere aut Kamez Cholem remaneto: sed ante*

13. *Chirik atq; Segol minus o succedito magno.*

§. III. Harum Regularum Paradigmata.

1.	דָּבָר	*Regim. Sing.*	דְּבַר
2.	סֵפֶר	- - -	idem.
3.	שֵׁכָר	- - -	שְׁכַר
4.	שָׁכֵן	- - -	שְׁכַן
5.	הֵיכָל	- - -	הֵיכַל
6.	כּוֹרֵם	- - -	idem.
7.	מֶלֶךְ	- - -	idem.
8.	בַּעַל	- - -	idem.
9.	זֶרַע	- - -	idem.
10.	קֹדֶשׁ	- - -	idem,
11.	אֹהֶל	- - -	idem.
12.	חוֹלִי	- - -	idem.
13.	עִבְרִי	- - -	idem.
14.	נָקִי	- - -	נְקִי

Plur.

1.	*Plur. Abs.* דְּבָרִים	*Plur. Reg.*	דִּבְרֵי
2.	- - סְפָרִים	- -	סִפְרֵי
3.	- - שְׂכָרִים	- -	שִׂכְרֵי
4.	- - שְׁכֵנִים	- -	שִׁכְנֵי
5.	- - הֵיכָלִים	- -	הֵיכְלֵי
6.	- - כּוֹרְמִים	- -	כּוֹרְמֵי
7.	- - מְלָכִים	- -	מַלְכֵי
8.	- - בְּעָלִים	- -	בַּעֲלֵי
9.	- - זְרָעִים	- -	זַרְעֵי
10.	- - קֳדָשִׁים	- -	קָדְשֵׁי
11.	- - אֳהָלִים	- -	אָהֳלֵי
12.	- - חֲלָיִים	- -	חָלְיֵי
13.	- - עִבְרִיִּים	- -	עִבְרִיֵּי
14.	- - נְקִיִּים	- -	נְקִיֵּי

§. IV. Explicantur verſus §. 2. cum exemplis §. 3.

1. Per primum & ſecundum verſum Zere penultimæ mutabile eſt tantum ante Segol & Kamez: niſi tamen poſt ſe habeat literam quieſcentem; nam etiam tunc immutabile erit ex num. 10. §. 1. c. 7. Exempla ſunt num. 2. 3. 5. §. 3. *Ex quo omnia exempla hîc monſtro, juxta titulum hujus §.*

F 5 quo-

quoties solùm numeros recito, & non paragraphos.

2. Per tertium versum nomina Segolata, de quibus num. 15. §. 1. c. 7. Regimen Singulare non habent ab absoluto diversum. Ratio videtur esse ex num. 6. §. 2. c. 7. quia nomina milel asperitatem non adferunt in concursu. Exempla sunt num. 2, 7, 8, 9, 10, 11. De quibus proinde servandus est n. 3. §. 1. cap. hujus.

3. Versus 4, 5, & 6. sunt de Kamez. Nimirum illud, si fuerit in penultima, tàm in Plurali absoluto, quam in utroque regimine mutari in Sceva per num. 10. §. 2. cap. 7. & num. 5. ejusdem §. Si autem in ultima fuerit, mutari in regimine Singulari quidem in Patach; Plurali autem in Sceva, per num. 5. §. 1. hujus. Ubi consequenter observandus est numerus 3. §. 1. cap. 7. Denique jubet idem Kamez ultimæ in Plurali absoluto non mutari, exemplum est n. 1.

4. Versus 7, 8, 9. est de Zere. Quodsi in penultima fuerit, volunt omnino se habere ut Kamez in penultima, de quo sunt exempla num. 2. & 3. Salvo tamen numero secundo hujus de regimine non diverso in סֵפֶר. Ubi verò Zere in ultima

ma fuerit, diſtinctione eſt opus. Si enim ante ſe habuerit Kamez, eodem modo ſe habebit, ut Kamez in ultima. Exemplum datur num.4. Si autem alia anteceſſit vocalis, mutandum eſt Zere in Sceva, præterquam in regimine Singulari. Exemplum eſt n. 6.


5. Verſus 10. & 11. eſt de Segol. Quodſi in penultima fuerit, mutandum eſt ſemper in Sceva (excepto tamen regimine per num. 2. hujus.) Si in ultima: Plurali quidem in Kamez, Singulari in Sceva mutum vertetur cum affixis quibusvis per numerũ 3. §. 1. cap. hujus ſupra. Exempla proſtant num. 2,7,8,9,10,11. In quibus circa num. 8. & 9. revocandus in memoriam numerus 9. §.1.cap.7. De Patach Vicario Segol, quod proinde iisdem cum Segol hic legibus tractatur. Item obſervandum, dum ultimæ Segol tranſit in Sceva, prius Sceva per accidens mutari in Chirik per num. 3. §. 1. cap.7. aut in Patach ejus Vicarium uti num. 9. per num. 4. §. 1. cap. 7. aut analogam ſui Sceva compoſiti ut num. 8. per num. 6. §.1. c.7. Cum ſub altera radicali gutturali ſit Sceva compoſitum; ſicut etiam num. 11. juxta n.9.c.1. Atq; hoc indicatur per clauſulam ver-

versûs 11. ficque in regimine Plurali & affixis ab eo regulatis.

6. Verſus 12. & 13. eſt de Cholem, quod ante Zere aut Kamez immotum manet. Exempla non videbatur neceſſarium adſcribere. De Kamez, de Zere eſt n. 6. Circa quod notandum eſt, quia Zere ultimum mutandum per ſe in Sceva per n. 4. hujus, & per accidens cum quibusdam affixis, quæ ultimam radicalem etiam ſcevatam faciunt, in Chirik per num. 3. §. 1. cap. 7. hic loco Chirik poni Segol, & ideo dici כּוֹרֶמְךָ כּוֹרֶמְכֶם non כּוֹרְמְךָ &c. Ante Segol autem idem Cholem mutatur in Sceva. Exemplum dat num. 10. ubi Sceva compoſitum cernitur pro ſimplici. Item num. 11. ubi in regimine Plurali conſpicitur loco Chirik Vocalis analoga per num. 6. §. 1. cap. 7. Obſervandum etiam, quod num. 10. in regimine Plurali pro Chirik ponatur Kamez Chatuph, analoga τῷ Cholem.

7. Eodem verſu continetur in pari cauſa Cholem ante Chirik magnum. Exemplum eſt num. 12. Cui adjiciuntur duo ſimilia: de quibus in parte 2. add. 3. §. 1. ad num. 4. in cap. 2.

CAPUT



CAPUT IX.

De mutandis Vocalibus in Fœmininis.

§. 1. *Paradigmata Fœmininorum.*

1.	צְדָקָה	*Reg. S,*	צִדְקַת
2.	נְבֵלָה		נִבְלַת
3	תּוֹעֵבָה		תּוֹעֲבַת
4.	לוֹמְדָה		לוֹמֶדֶת
5.	מֶמְשָׁלָה		מֶמְשֶׁלֶת
6.	מִשְׁפָּחָה		מִשְׁפַּחַת
7.	בְּהֵמָה		בֶּהֱמַת
8.	קֶשֶׁת		idem.
9.	חֶרֶב		idem.
10.	כְּתוֹנֶת		idem.
11.	אִגֶּרֶת		idem.
1. *Pl. Abs.*	צְדָקוֹת	*Reg. Pl.*	צִדְקוֹת
2.	נְבֵלוֹת		נִבְלוֹת
3.	תּוֹעֵבוֹת		תּוֹעֲבוֹת
4.	לוֹמְדוֹת		idem.

5. *Pl.*

5. *Pl. Abſ.*	מֶמְשָׁלוֹת	*Reg. Pl.* מֶמְשְׁלוֹת
6.	מִשְׁפָּחוֹת	מִשְׁפְּחוֹת
7.	בְּהֵמוֹת	בַּהֲמוֹת
8.	קְשָׁתוֹת	קַשְׁתוֹת
9.	חֲרָבוֹת	חַרְבוֹת
10.	כֻּתֳּנוֹת	כָּתְנוֹת
11.	אִגְּרוֹת	idem.

§. II. Præcepta.

1. Fœminina ſequuntur leges Maſculinorum illorum, cum quibus eadem puncta habent ultimæ & penultimæ Syllabæ. Hinc צְדָקָה quod habetur num. 1. paradigmatum, ſequitur דָּבָר נְבֵלָה quod num. 2. ſequitur שֵׁכָר, ſic קֶשֶׁת & חֶרֶב ſe habent uti מֶלֶךְ. Propter eandem cauſam תּוֹרָה quod dedimus num. 9. §. 2. c. 2. non mutat Cholem propter verſum num. 12. §. 2. c. 8.

2. Hinc etiam affixa regiminis ad regimen, & affixa Pluralia ad Pluralem abſolutum adjiciuntur eo modo, quo docuimus num. 3. & 4. §. 1. cap. 8. Ita tamen ut litera ה nominis abſoluti mutata in

in ת fingatur esse cum terminatione Masculina. Sic enim צִדְקֹתִים rectè dabit צִדְקֹתוֹ &c. vid. Part. 2.

3. Notandum est tamen in illis, in quibus Pluralis Numerus juxta num. 4. §. 1. cap. 2. ultimam Singularis Numeri literam cum prævia Vocali abjicit, consequenter Vocalem ultimam censeri, quæ in Singulari penultima erat. Hinc נְבֵלָה Singulari quidem sequitur שֵׁכָר, Plurali autem שְׁכָן: ac proinde Zere in Plurali absoluto retinet ut vides n. 2.

4. Hinc etiam sequitur illa à masculinis in speciem discrepantia, quâ affixa Pluralia adhærescunt omnia fœmininorum regimini, & sic omnia vocari possent affixa regiminis contra num. 2. §. 1. c. 8. quia videlicet per affixa nihil decedit Nominibus Plurali Numero, sicut ibidem dicitur fieri Masculinis; quin potiùs additur Jod, ut patet ex num. 9. §. 2. c. 2. qui excessus est compensandus per detractionem, dicendumque צִדְקוֹתָיו non צְדָקוֹתָיו idque per n. 10. §. 2. c. 7.

5. Par-

5. Participia recipiunt affixa non secundùm primam formam, sed secundùm alteram; adeoque pertinent ad formam מֶלֶךְ in Singulari: Plurali autem ad כּוֹרִם per num. 3. hujus. Hinc regimen Plurale ab absoluto Plurali non differt. Exemplum est n. 4.

6. Hæc Participia Fœminina imitantur Nomina in ת servile præcedente duplici Segol terminata, uti habes Exemplum numero undecimo cujus Plurale est אִגְּרוֹת.

7. Multa Fœminina formant regimen Singulare & Plurale tanquam à Participio. Exemplum est num. 5. & 6. quibus & affixa accommodant juxta n. 5. §. hujus. Sed & exemplum num. 7. cum ficto tali regimine בְּהֶמֶת affixa Singularia jungit, ut dicatur בְּהֶמְתּוֹ jumentum ejus, Segol pro Chirik posito.



CAPUT X.

De Punctatione Verbalium.

VErbalia vel ex *Kal*, vel ex *Piel*, vel ex *Hiphil* deduci ſolent : ſuntque alia *nuda*, alia *aucta*, ut num. 11. §. 1. c.2. diximus.

§. I. Verbalia deducta ex Kal.

1. Alia ſunt *nuda*, ut זָקֵן ſenex לֵבָב cor, כָּבוֹד gloria, גְּבִיר herus. Nam Jod & Cholem in medio quieſcentes inter hecmanticas non computantur.

2. Alia *aucta* ſunt ab initio, ut אֶשְׁכָּר munus, יַלְקוּט pera, נִמְרוֹד Nemrod, אֶשְׁכּוֹל botrus, תִּדְהָר tæda.

3. Alia à fine, ut אִמְרָה ſermo, זִכְרוֹן memoria, פִּדְיוֹם redemptio, גְּבֶרֶת hera עִבְרִי hebræus.

4. Atque horum ac ſimilium punctatio ex ſuprà dictis facilè conſtat.

§. II. *Verbalia ex Piel.*

1. Cognoſcuntur ex Dages. Cujusmodi ſunt hæc nuda גַּנָּב fur אַבִּיר robuſtus, שַׁדַּי omnipotens.

2. Heemantica ſunt בַּקָּשָׁה petitio, אַדֶּרֶת magnificentia, מִזַּמְּרָה Pſalterium.

3. Sicut verba juxta num. 1. §. 7. cap. 6. ità & Nomina quatuor literarum ad *Piel* referuntur. Cujusmodi ſunt זַרְזִיף ſtilla, קָדְקוֹד vertex, גַּרְגַּר granum.

4. Quæ etiam facilia ſunt, ſive prima repetatur, ſive ſecunda, ſive utraque, ſive ſecunda & tertia.

§. III. *Verbalia ex Hiphil.*

1. Nunquam nuda ſunt, ſed ſemper aucta, præſertim per ה vel מ. Pro ה tamen ſuccedit interdum א, & ת pro מ. Talia ſunt תַּלְמִיד diſcipulus, מִשְׁפָּט judicium, מַמְזֵר ſpurius.

2. Collige heemantica initialia ex Piel ſolere eſſe ſcevata, ſed ex Hiphil cum Chirik poni, aut Patach ejus vicario.

§. IV. *Verbalia defectivorum Pe Nun.*

Legitur ex Kal שִׂיג insectatio. Ex Hiphil מַתָּנָה donum, &c.

§. V. *Defectivorum Ajn.*

1. Nuda sunt ex *Kal* תָּם integer, חֵן gratia.

2. Horum Puncta primæ radicali subjecta mutantur in sua analoga, quando in fine crescunt: Puta Kamez in Patach, Zere in Chirek, Cholem in Kibbuz: Sic עֹז fortitudo Plurali facit עֻזִּים &c. tunc enim Dages reviviscit, quod sepultum quasi jacebat. Lege n. 11. §. 1. c. 7.

3. Heemantica ex *Kal* sunt גַּנָּה hortus, חַלּוֹן fenestra.

4. Heemantica ex *Piel* מְגִלָּה volumen, תְּהִלָּה laus.

5. Ex *Hiphil* sunt: מָעוֹז robur, מוּסָב ambitus. In quibus vocalis literæ heemanticæ subjecta manet immutata, mutatur autem altera per numerum secundum, adeoque dicitur מָעֻזִּים ad distinctionem reor heemanticorum ex Piel, quo-

quorum Sceva est proprium sub heemanticis per num. 2. §. 3. hujus si enim mutaretur, deberet in Sceva mutari per n.10. §. 2. c.7.

§. VI. *Quiescentium Pe Jod.*

1. Verbalia sunt hujusmodi : דֵּעַ scientia, pro יְדֵעַ, צֵא sordidus, pro יְצֵא דַּעַת scientia, pro יְדַעַת, &c.

2. Hujusmodi Nomina vocalem secundæ radicali subjectam non mutant, quia imitantur ultimas syllabas perfectorum. Quorum genio nonnulla sese ita accommodant, ut Jod radicale amissum prorsus dissimulent. Sic דַּעַת sequitur formam perfecti בַּעַל, עֵצָה consilium Psal. 106. 13. facit עֲצָתוֹ consilium ejus, עֵדָה cætus עֲדָתוֹ & שֵׁנָה somnus שְׁנַת tanquam perfecta essent. Sunt tamen etiam, quæ Zere sub secunda radicali non mutant ad supplendam primam amissam. Sic צֵאָה facit צֵאַת excrementum, דֵּעָה scientia דֵּעַת, זֵעָה sudor זֵעַת.

3. Ex *Hiphil* formantur מוֹדָע notus, מוֹעֵר prodigium, תִּירוֹשׁ mustum, quæ longam heemanticam non mutare patet ex dictis: circa reliquas eorum syllabas more perfectorum procedes.

4. Adverte etiam Nomina numero primo hîc posita non solùm ab omni literâ heemantica nuda esse, sed etiam primâ radicali carere.

§. VII. *Verbalia Quiescentium Ayn.*

1. Nuda sunt צַר angustus, גֵּר peregrinus: quæ vocalem longam servant, ut secundæ quietem compensent per n. 1. §. 1. cap. 6.

2. Dissyllaba tamen, ut מָוֶת mors, זַיִת olea, litteram mediam, cum sit mobilis in Singulari absoluto, sinunt quiescere in regiminibus & Plurali absoluto. Sic dicimus in Regimine Singulari מוֹת, Plurali absoluto מוֹתִים, sic à זַיִת facis זֵית & זֵיתִים.

3. Heemantica sunt צָרָה angustia, בֵּיצָה ovum, גְּרוּת hospitium, בֹּשֶׁת pudor, & נַחַת quies: quorum duo

 ulti-

ultima, & quæ eorum ſimilia ſunt, perfecta cenſentur, tanquam participialia ſecundæ formæ, de quibus ſuprà num. 7. §. 2. cap. 9. Cætera autem præſertim fœminina in ה præcedente Kamez terminata, retinent vocalem longam ſub prima radicali ad compenſandam quietem. Sed שָׂשׂוֹן gaudium perfecta ſequitur, fortaſſe quia radicalem ſecundam non tam amittit in prima ſyllaba, quàm transponit ad ultimam.

4. Ex *Piel* ſive *Poël* ſunt לוֹצֵץ irriſor, רוֹמֵמוּת exaltatio, quæ viâ perfectâ gradiuntur.

5. Ex *Hiphil* formantur מָאוֹר luminare, quod ex Participio מֵאִיר nominaſcit, מָעוּף volatus, quaſi מוּעָף, quæ Kamez infra heemanticam vertunt in Sceva, cum ſint participialia.

§. VIII. Ex quieſcentibus Lamed Aleph.

Ad num. 4. אַתְּ interdum legitur pro אַתָּה uti Numer. 11. 15. Sicut etiam legitur אַתִּי pro אַתְּ, & pro אַתֵּן addito ה paragogico, אַתֵּנָה

Ad

Ad num. 5. Legitur הוּא וְהִיא 1. Reg. 17.15, quod correxerunt Masoretæ הוּא וְהִיא. Ipsum verò הוא compositum est ex ה & Vau. legitur quoque אוֹתָהֶם

Ad num. 6. Pro הִיא sæpissime scribitur הִוא quod Masoretæ notant Genes. 14. 2. & 38. 25.

Ad num. 7. Possessio potest etiam exprimi per Relativum אֲשֶׁר vel relictum ex eo שׁ hoc modo : יָד שֶׁלִּי *manus quæ est mea.* Quod quidem in Nominibus propriis necessariò fit, quia hæc affixa respuunt. הֶם & הֶן reperiuntur aliquoties cum Nomine Singulari; sed ferè in Imperfectis: & contrà ָם , ָן (am, an) adduntur etiam Pluralibus Fœmininis.

Ad num. 8. & 9. Qua lege Nominibus addantur affixa, vide Parte 1. cap. 8. §. 1. num. 2. 3. 4. Scias etiam interdum omitti *Mappik* ex ה Fœminino: Similiter Jod ante affixa Numero Plurali aliquando detrahi; & Singulari addi. Sic etiam ה addi interdum ante ם & ך ut כֻּלָּהֶם : addi quoque idem ה affixis in fine paragogicè: exempla dabit usus. Deniq; per enallagen pro ֵנִי


est

eſt נוּ Ruth 3. 2. pro ךְ eſt כִי Pſal. 116. 19. pro יִךְ eſt יָכִי Pſal. 103. 5. pro כֶּם eſt ם 1. Reg. 22. 28. pro Vau cholem eſt הוּ Job. 25. 3. pro יו eſt יְהוּ Nahum 2. 3. vel וֹהִי Chaldaicè Pſal. 116. 12. &c.

Ad num. 10. Ex litera relativa שֶׁ compoſitus eſt Genitivus Pronominum Primitivorum ; ſicut & Genitivus Nominum num. 6. §. 1. c. 2. P. 1. idque juxta ſenſum paulò ſuperiùs ad num. 7. hîc indicatum. Additur Nominibus, Pronominibus, Participiis & Verbis in Præterito. De eodem plura ſtatim ad num. 12. Item infrà c. 3. §. 2. ad num. 3. addit. 3.

Ad num. 11. Utriusque generis ſunt זוּ, זוֹ hic, iſte. Uſurpatur & עֶצֶם in Singulari pro ipſemet. Ponuntur זוּ & זוֹ etiam interdum pro אֲשֶׁר

Ad num. 12. מָה quinquies tantùm legitur ante ע & ח. Quando poſt מִי ſequitur אֲשֶׁר, non eſt Interrogativum, ſed exponitur per is : v. gr. שֶׁהָיָה is qui fuit. Interrogativum מִי, ſicut etiam Demonſtrativa & Relativum per articulos in obliquum formantur : ut לָזֶה huic, אֶת־מִי quem? מֵאֲשֶׁר à quo.



CAPUT III.

De Dictione.

§. I. *De Adverbio.*

1.

ADverbia *Temporis* sunt: מָתַי quando? עַד־מָתַי quousque? עַד־מָה usque-quo? עַד־אָן quousque? מָחָר cras, יוֹמָם interdiu, תְּמוֹל heri, שִׁלְשׁוֹם nudius tertius, לְפָנִים vel מִלְּפָנִים antea, קֶדֶם pridem, תָּמִיד jugiter, נֶצַח vel עוֹלָם perpetuò, עַד־אִם vel עַד־כִּי donec, כַּאֲשֶׁר quando, cum, טֶרֶם antequam, פִּתְאוֹם repentè, מַהֵר citò, אָז vel אֲזַי tunc, אַחַר post, כְּבָר pridem, עַד־כֵּן hactenus, אַחַר־כֵּן tunc, בְּכֵן tunc.

2. *Loci* sunt: אַי vel אַיֵּה ubi, אָן vel אָנָה quò? מֵאַיִן unde? פֹּה huc, מִפֹּה hinc, הֵנָּה huc, הֲלֹם huc, שָׁם ibi, מִשָּׁם inde, בַּיִת vel מִבַּיִת intus, חוּץ foris, מַעְלָה suprà, מִלְמַעְלָה supernè, מַעַל

מֵעַל desuper, מִטָּה infra, אָחוֹר retrò, פָּנִים antè, פְּנִימָה intrò.

3. *Interrogationis:* אִם si? הַאִם an verò? הֲלֹא annon? אֵיךְ quomodo? מַדּוּעַ quare? לָמָּה ad quid? כַּמָּה quot? quoties?

4. *Affirmationis:* כֵּן ità, אָכֵן verè, אָמְנָם vel אוּלָם profectò.

5. *Negationis:* לֹא, בַּל, בְּלִי, אַל, non, פֶּן ne forte, אֵין non.

6. *Dubitationis:* אוּלַי, forassis.

7. *Qualitatis:* רֵיקָם frustra, שָׁוְא vanè, חִנָּם gratis. Hîc multa nomina adverbiascunt, ut עִבְרִית hebraicè.

8. *Congregationis:* יַחַד, יַחְדָּיו simul.

9. *Separationis:* לְבַד seorsim, רַק־אַךְ duntaxat, בִּלְעֲדֵי præterquam.

10. *Intensionis:* יוֹתֵר ampliùs, מְאֹד valde, רַב multùm, אַף־כִּי quantò magis.

11. *Remissionis:* אַט sensim, מְאַט parùm, hoc geminatum significat, paulatim. כִּמְעַט penè, כְּאַיִן ferè.

12. *Similitudinis:* כֹּה, כֵּן sic, כְּמוֹ־כֵן similiter, כָּכוֹ taliter, כְּמוֹ sicut.

13. *Numeri:* אַחַד semel, שֵׁנִית secundò, שְׁלִישִׁית tertiò, &c.

14. Duo semper initiis adjunguntur: הֲ an? כְּ ut. Simplicia & Primitiva sunt: בַּל, הֵן, אִי, אָז, אֵיךְ: Cætera Derivata, & Composita.

§. II. De Præpositione.

Ad num. 1. & 2. De literarum hujusmodi præpositivarum significatione & usu habes infra c.12.§.3. num.5. & §.4. num. 8, 18, & 21. De ש supra c. 2. §. 2. ad n. 10.

2. *Vau* scriptione præpositiva sensu est conjunctiva: sed & conversiva. Convertit enim Præteritum in Futurum, & Futurum in Præteritum. Præteritum convertere dignoscitur ex eo, quod accentum rejiciat tunc in ultimam, punctis manentibus; ut וְלָמַדְתִּי & discam. Attamen quiescentia *Lamed He*, sicut ferè & *Lamed* א accentum relinquunt: Et tunc Vau esse con-

converſivum intelligitur, quando aliud Futurum præceſſit, aut Imperativus, aut Infinitivus rem Futuram ſignificans. Ratione concurſus vide inſuper aliquid infrà cap. 7. §. 1. ad n. 5.

3. Quando autem Futurum in Præteritum mutat, eſt cum Patach ſequente Dages. *Jod* tamen ſcevatum non recipit Dages, ut וַיְדַבֵּר. Ante א Futuri eſt Kamez, וָאֶשְׁמוֹר & cuſtodivi. Ante labiales Schurek, וּמֵתוּ & morientur: Ante quas tamen ipſas quoque Kamez reperies, præſertim dum adeſt cauſa infrà hîc ad num. 9. referenda. Atque Vau iſtud ſic verſivum longam Futuri ultimam corripere ſolet Accentu retracto; cujus exemplum habes part. 1. c. 1. n. 11. Quæ tamen retractio non ſolet fieri ante א formativum Futuri, neque ante accentum majoris diſtinctionis. *De Vau Copulativo* paulò inferiùs ad n. 9.

Ad num. 3. Præpoſitiva מ ante ר, ח & ה non ſemper compenſat Dages.

2. Ante *Jod* Scevatum abjicit Sceva: ut מִיהוּדָה pro מִיְּהוּדָה: ſed ante יהוה eſt cum Zere; quia legitur *Adonai.*

3. שׁ ante gutturales abſque compenſatione ponitur, ut: שֶׁאֲנִי *quod ego.* Rarò

 cum

cum Kamez & Patach legitur: vix unquam cum Sceva. De eo vide etiam infra c. 12. §. 4. n. 8.

4. ה etiam est Adverbium vel Articulus vocandi, & admirandi. Ante א & ר, & ante ע non kamessatum juxta n. 14. c. 1. est cum Kamez. Ante ע verò, ח, & ה Kamessatas (exceptis monosyllabis) Segol pro Patach accipit, quod Segol vicariũ dicunt, ut הֶעָרִים urbes. Ante ח & ה non Kamessatas, sicut etiam ante מ Scevatam participiorum, & ante Jod Scevatum frequenter, retento Patach, negligit suum Dages: ut, הַחֶרֶב gladius.

5. ה Interrogativum Chateph patach requirit: הֲלֹא *an non?* sed ante scevatam per accidens Patach habet, ob rationem dandam n. 7. §. 1. c. 7. Item ante gutturalem interdum Segol, interdum Patach, ut הֶהָיְתָה זֹאת *an factum est istud?* הַאֵשֵׁב *an sedebo?* Sed & legitur cum Patach & Dages: de quo vide c. 12. §. 4. n. 7.

6. ה in fine dictionis indicat motum ad locum, & tunc facit Nomen *milel*, ut אַרְצָה *humi*. Interdum quoque Paragogicum est, & ornatûs causa in fine.

Ad

Ad num. 6. ל ante monoſyllabum aut *milel* eſt cum Kamez. Excipiuntur Infinitivi 6. punctorum, de quib. part. 1. n. 3. §. 2. cap. 5. quando inſtar Nominum ſunt in ſtatu regiminis.

Ad num. 8. Interdum chatephata amittit Sceva, quando ſcilicet ſequitur aliud Sceva ſimplex: ut, יַעַרְכוּ pro יַעֲרְכוּ. Tunc tamen mutari etiam poteſt Chateph in Sceva ſimplex, quando ſcilicet poſt gutturalem ſic chatephatam non ſequitur alia gutturalis, aut Reſch. Sic dicimus יֶאְשְׁמוּ pro יֶאֶשְׁמוּ. Si enim talis ſequitur, reſolutio facienda eſt in Vocalem ipſius Sceva primariam: ſicut etiam Chateph kamez nunquam ſic in Sceva ſimplex reſolvitur: neque dici poteſt בְּעָלְכֶם, ſed tantùm, בְּעָלְכֶם. De *Vau* lege §. ſequentis addit. 1.

Ad num. 9. *Vau Copulativum* involvitur etiam in converſivo: omne enim converſivum eſt Copulativum, ſed non contrà. Porrò *Vau* copulans *milel* aut monoſyllabum amat Kamez etiam ante *Bumaph*: Gen. 1. וָבֹהוּ & vacuitas; tametſi hoc non ſemper. Inter *Bumaph* cenſetur quoq;

Vau mobile; וָלָד & filius. Cujusmodi Schurek ante *Bumaph* credibile eſt, ut Piſtorius refert, non quieſcere; ſed ſonare *vu*, & compendii ſolùm cauſa ſcribi unum Vau. Ante ח & ה in verbis חָיָה & הָיָה etſi ſcevatas, eſt cum Chirik: וִהְיִיתֶם & eritis: juxta communem regulam, claram parte prima hîc num. 8.

Ad num. 10. Præpoſitiones Separabiles aliquæ *cauſam* ſignificant, ut עַל, בִּגְלַל, לְמַעַן חֵלֶף, תַּחַת, בְּעַד, בַּעֲבוּר propter. מִפְּנֵי pro כְּפִי, לְפִי ſecundùm.

2. *Terminum:* אֶל ad, אֵצֶל apud, propè. עַד usq;, נֶגֶד coram, contra. נֹכַח contra. מוּל idem, בֵּין inter, מִן de, præ, ex, לִפְנֵי ante, עַל ſuper, סָבִיב circa, עֵבֶר cis, מֵעֵבֶר trans. אֶל־עֵבֶר ex adverſo, הָלְאָה ultra, אַחֲרֵי poſt.

3. *Comitatum* אֵת, עִם cum.

4. *Privationem* בְּלֹא, בְּלִי ſine. לְבַד זוּלַת, מִלְּבַד præter.

§. III. *De Conjunctione.*

1. *Vau* ante catephatas sequitur ratione puncti legem communem datam part. 1. c. 3. §. 2. n. 8. Kamez tamen ante Chateph Kamez magnum est, & cum Meteg euphoniæ causâ, ut וָאֳנִי & navis. Quod etiam de literis בלכ intellige exceptionis loco ab eadem regula. Significat, &, quia, vel, ut, autem, insuper, &c.

2. *Conditionales*, אִם si, כִּי אִם quodsi, לוּ si, אִלּוּ idem, לוּלֵא nisi.

3. *Discretivæ:* אַךְ verùm, אֲבָל at, גַּם־כִּי etiamsi, כִּי־אִם idem, וְלוּ etsi, אוּלָם veruntamen, כִּי quamvis.

4. *Disjunctivæ:* אוֹ aut לֹא־כֵן secus, יַעַן quia, & interdum יַעַן־כִּי vel יַעַן־אֲשֶׁר item עֵקֶב &c.

5. *Rationales:* לָכֵן vel עַל־כֵּן quamobrem.

6. Simpliciter Copulativæ & augendi vim habent אַף, גַּם etiam.

§. IV. *De Interjectione.*

1. *Blandientis* sunt: בִּי, נָא, אָנָּא, quæso.

2. *Comminantis*: אוֹי, הוֹי væ.

3. *Demonstrantis:* הֵא, הִנֵּה, הֵן, Ecce.

4. *Dolentis*: אַלְלַי, אָח, אֲהָהּ, הָהּ, אוֹי

5. *Exclamantis* : הוֹי & ה inſeparabile.

6. *Faſtidientis :* חָלִילָה abſit.

7. *Exultantis* & interdum inſultantis הֶאָח Euge.

8. *Hortantis* : הָבָה age, הָבוּ agite.

9. *Vocantis* : הוֹי & ה inſeparabile.

10. *Optantis* : אָמֵן, אַחֲלַי, לוּא, לוּ, utinam.



CAPUT IV.

§. I. *De Conjugationibus Perfectorum.*

Ad num. 1. Imperfecta non ſunt Anomala, cum certas & elegantes leges ſemper ſequantur, & plura ſint quàm perfecta.

Ad num. 2. Aliqui tres Conjugationes diſtinguunt. Primam *Kal* & *Niphal* : alteram *Piel* & *Püal*, quò refertur *Poel* & *Hitpoel* : tertiam *Hiphil* & *Hophal*. Nonnulli etiam

etiam omnes 8. unam tantùm Conjugationem vocare malunt.

Ad num. 3. *Optativum* exprimunt per Interjectiones optantis: *Conjunctivum* autem aut per Conjunctiones, aut ſanè eleganter per Gerundia. Nam e.g. *in convertendo Dominus*, ſignificat, cum converteret Dominus &c.

Ad num. 4. Futurum imperans aliqui Futurum primum appellant, & Futurum narrans, Futurum ſecundum. Et horum alterum ſæpe pro altero ſumitur per enallagen: ſicut etiam Præteritum interdum Futurum ſignificat, quando præſertim aliud Futurum anteceſſit. In quibus verò non volunt certam temporis differentiam exprimere, in iis aut Præteritum adhibent, aut Futurum; quale eſt illud: Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, id eſt, qui non ſolet abire.

2. Infinitivus determinatum tempus nullum ſignificat, ſed indeterminatum. Participia quoque interdum tempus Futurum, aut paulò poſt Futurum, quin & Præteritum ſignificat, quando id ſententiæ ordo oſtendit. Dualem numerum in Verbis non agnoſcunt.

§. II.

§. II. De Conjugatione Kal.

Ad num. 1. Sic dicitur, quia nudum thema proponit: cum Dageſſatæ graves vocentur. Significationem tamen *Kal* habent, quæcunque in aliqua Conjugatione incipiunt eſſe uſitatæ, & non conjugantur in *Kal.*

Ad num. 2. Ad Vocales oportet tyronem attendere, quæ in omnibus perfectis eædem ſunt ferè.

Ad num. 3. Imperativi Fœminina Singularis in Jod exit deſumptum ex אַתִּי pro אַתְּ de quo ſupra ad n. 4. §. 2. c. 2. (quale Jod interdum additur ad 2. F. Præteriti: ut נָתַתִּי Ezech. 16. v. 18.) Fœminina autem Pluralis in נָה ex forma Paragogica Pronominis אַתֵּנָּה, de quo ibidem. Primam Singularem format תִּי pro נִי ex אֲנִי ad differentiam ab affixo נִי, de quo P. 1. c. 11. §. 2. n. 2.

2. Futuri tertia Singularis Maſculina ſignificatur præfixo *Jod* vicario τῦ *Vau*, ne *Vau* bis poneretur in eadem voce. Porrò *Vau* eſſe characteriſticam tertiæ perſonæ, dictum eſt num. 5. §. 2. c. 2. Tertia Pluralis Maſculina partim per *Vau Schurek* in fine, partim per idem Jod in Principio declaratur. Prima Singularis ex א præfixo, deſum-

ſumpto ex אֲנִי; Pluralis autem ex *Nun* ab אֲנוּ decerpto pateſcit. Tertia Fœminina Singularis per ת vicarium ה ſumpti ex הִיא; tertia autem Fœminina Pluralis ex נָה, quod repræſentat הֵנָּה, dignoſcitur. Secunda Maſculina Singularis per ת ex אַתָּה; & ſecunda Fœminina Singularis per ת & *Jod* ex אַתִּי diſcernitur. Secunda maſculina Pluralis ex ת relicto ab אַתֶּם & ſecunda Fœminina ex ת & נָה Pronominis אַתֵּנָה intelligitur.

3. Præteriti & Futuri Perſonæ in *Vau* & *Jod* deſinentes ſæpe accipiunt *Nun Paragogicum*. Sicut etiam ſecunda Singularis Maſculina Præteriti & Imperativi, ac prima Futuri, & Infinitivus ſæpe ה paragogicum accipiunt.

4. Sub ſecunda radicali in aliquibus eſt Zere ut חָפֵץ voluit; quorum inflexio planè cum communi conſentit. Præterea pauca alia Cholem eodem loco admittunt, ut יָכוֹל potuit. Quæ Cholem retinent, præterquam in tertia perſona Plurali, & Fœminina Singulari. Quod Cholem vertitur in Chatuph, quando Accentus ab eo recedit; ut, וַיָּכָלְתָּ & poteris. שָׁפַט 1. Samuel. 7. Maſoreticum eſt.

Ad

Ad num. 4. Participia *Kal* etiam ſignificatione aliquando planè nominaſcunt. *Paul* ſignificat actionem cœptam, ſed adhuc durantem.

2. Interdum aſſumunt in fine *Jod*, ut שׁוֹכְנִי reſidens Quo etiam caſu nonnemo exiſtimat, hujusmodi Participia ſic fieri adjectiva, & *Jod* non eſſe paragogicum.

Ad num. 5. Infinitivum vocant fontem, quod ab ipſo ſignificatio definita in reliqua tempora modosque profluat. Nonnulli etiam Nomen verbale, quod ſæpe Nominis induat rationem.

2. Porrò habet Infinitivus alteram quoque formam cum Kamez ſub prima radicali, nimirum לָמוֹד. Et hæc quidem uſitatior eſt, præſertim in conduplicatione verbi Hebræis propria, v.g. אָמוֹר יֹאמַר *dicendo dicet.* Quin & tertia forma eſt habentium Patach loco Cholem in fine, quorum ſecunda vel tertia radicalis eſt gutturalis, præſertim ſi ſignificatio neutra ſit, ut לְעַג ridere. Quamvis in aliis quoque verbis ea forma interdum occurrat.

Ad

Ad num. 7. De Paradigmate.

1. Præteriti tertia Maſculina interdum aphæreſin patitur primæ radicalis. קַח pro לָקַח. Tertia Fœminina interdum Sceva in Kamez vertit retracto accentu. נָתָנָה dedit F. Secunda maſculina aſſumit ſæpe in fine ה paragogicum לָמַדְתָּה. Secunda Fœminina, ſi ultima radicalis fuerit ע vel ח pro priori Sceva accipit Patach, utique raptum: לָקַחַתְּ: quæ etiam jam alibi commemorata ſunt.

2. Prima perſona interdum loco Patach cum Chirik reperitur, ut יָלִדְתִּי genui. Sic & ſecunda Pluralis. Quin & Segol reperitur pro Patach.

3. Tertia Pluralis ſæpe *Nun* paragogicum aſſumit יָדְעוּן cognoverunt. Etiam cum aphæreſi primæ radicalis צָקוּן à יָצַק. Sed hoc habet formam à צוּק. Videas & א, imò etiam ה paragogicum aſſumi. Accentu retracto redeunt Vocales longæ, ut ſupra addit. 1. Sic יָכֹלוּ potuerunt, pro יָכְלוּ

4. In

4. In Perfecto intelliguntur Imperfectum & Plusquamperfectum ex constructione.

5. *Benoni* in duobus Verbis exit in *Chirik*, quæ sunt יוֹסִף & תּוֹמִיךְ. Et quando tertia est ע vel ח sæpe fit crasis in patach, juxta dicta part. 1. n. 8. §. 1. c. 7. sicut etiam in Fœminini secunda forma ponitur duplex Patach pro Segol שֹׁמַעַת per num. sequentem ibidem. Prima autem ejusdem Fœminini forma pro Sceva interdum Zere Masculini retinet. Pro eodem Zere legitur in Masculino patach: ut אֹבַד Deut. 32. 28.

6. Quædam hîc habent formam compositam ex Participio & secunda persona præteriti וְיוֹלַדְתְּ & paries, Isa. 7.

7. Quæ in præterito habent secundam formam, Benoni habent ejusdem omnino formæ; quod declinatur prorsus ut nomina. Quam quidem formam nonnulla hîc etiam assumunt, tametsi in præterito habeant communem, ut גָּדֵל crescens: Sed potiùs nomina videntur.

8. Ver-

8. Verba neutra non habent *Paul*, cùm illa passionem non significent. Igitur quæ adferuntur, Nomina sunt. Legitur autem שָׁכִין habitator. לָמוּד exponi potest *doctus*.

9. *Cholem* Infinitivi ablato accentu mutatur in *Chatuph*, ut מְלָךְ־מֶלֶךְ cujus ratio ex n. 4. §. 2. c. 7. in parte 1. Idem fit propter ה paragogicum (quod Infinitivo habenti præfixum ל addi solet) propter quod ה Cholem non tantùm in Chatuph mutatur, sed etiam ad priorem syllabam trajicitur, ut לְמָשְׁחָה ad ungendum. Simile vide infra ad n. 14. §. 1. c. 11. Pro Kamez interdum est Kibbuz euphoniæ causa. Quodsi media est gutturalis, sub ipsa Sceva fit compositum, sicut num. 3. §. 2. cap. 6. in parte 1. לְרָחֳקָה ad elongandum.

10. In forma לְמַד cum ה paragogico *Patach* mutatur in *Sceva*, & consequenter prius Sceva in Chirik, vel infra gutturalem in Patach, לְאַשְׁמָה vel לְאַהֲבָה. *Gerundia* non fiunt à Forma לָמוֹד, sed à לְמוֹר, nisi in quantum illa absoluta, hæc constructa videri potest.

11. Imperativus cum ה paragogico ſequitur leges Infinitivi. Quam formam paragogicam quædam alia ſequuntur, ut מָשְׁכוּ trahite. In forma Neutrorum שְׁלַח fit שִׁלְחוּ. Pro Chirik erit Segol ſub gutturali, etſi Infinitivus habuerit Patach (utique propter præfixum) ut, לְאַשְׁמָה

12. In Futuro propter ה paragogicum utraque terminatio, & *Cholem* & *Patach* mutatur in *Sceva.* אֶשְׁמְרָה alterum tamen Sceva in aliquibus compoſitum eſt, ut Iſa. 18. אֶשְׁקֳוטָה ubi etiam *Vau* ſcribitur quidem, ſed non legitur.

13. In fine Schurek ſæpiſſimè, & interdum Chirik *Nun* Paragogicum admittit. Ex Syllaba נָה per apocopen interdum deeſt *He.* Reperiuntur etiam hîc ex Fœminina forma & Maſculina mixta, ut יַעֲמֹדְנָה

§. III. De Niphal.

Ad num. 1. Conjugationis *Niphal* ſunt quædam velut Deponentia, ut נִלְחַם pugnatum eſt. Multa quoque ſignificationis reciprocæ. Cæterùm Intranſitiva non habent *Niphal.*

2. Primâ gutturali ſervandus eſt numerus 8. §. 2. c. 3. in part. 1. ut בֶּאֱמֹר & reſoluto Sceva. בְּאֱמֹר. Tunc enim Vocalis analoga nihilominus manet, juxta dicta ſupra part. 2. ad n. 8. §. 2. c. 3.

Ad num. 4. נֶאְדָּרִי Exodi 15. 6. an ſit Adjectivum Participiale Fœmininum per apocópen literæ ת Chaldæis familiarem; an Maſculinum Participium cum Jod paragogico, dubium eſt. Legitur & altera Fœminini forma Levit. 11. 47. נֶאֱכֶלֶת comeditur.

Ad Paradigma. Quædam reperiuntur terminata in Cholem, ut נֶחְפּוֹךְ converſum eſt. Sed hæc videntur eſſe à tertia forma *Kal.* De qua ſupra addit. 4. ad num. 3. §. 2. hujus.

2. Benoni legitur נֶאְשַׁאר Ezech. 9. 8. pro נִשְׁאָר quaſi eſſet compoſitum ex Præterito & Futuro.

3. Infinitivus non raró terminatur per Cholem. Quin etiam aliqua ſervant characteriſticam *Nun*, ut נִלְחוֹם pugnando. Literæ כלב interdum excludunt

ה characteristicum, ut dictum est de ה emphatico part. 1. cap. 3. §. 2. num. 6. v. gr. בְּעֲטָף pro בְּהֵעָטֵף : ita in *Hiphil* לָלִין pro לְהָלִין

4. Imperativus significat actionem in se ipsum.

5. Prima Futuri sæpe cum Chirik est אִדְרֹשׁ : & in fine *Patach* est interdum pro *Zere*. Sicut & Pluralis tertia Fœminina sæpe cum Patach est. תִּזָּכַרְנָה commemorabuntur.

§. IV. *De Conjugatione Piel.*

Ad num. 1. Etiam hîc videntur aliqua pauca esse Neutra. Quædam hic quoque mutant significationem *Kal*. Sic enim à חָטָא peccavit, fit חִטֵּא expiavit peccatum. Quædam in *Kal* non sunt usitata ut הִלֵּל. Dages è media radicali gutturali per n. 14. c. 1. part. 1. ejectum compensant semper juxta n. 2. §. 2. c. 6. P. 1. verba מאן, יעץ, רעך, רחה, נאשׁ, בֵּאֵר, תאב, שׁאה, קהה, צעק, צעה, בער, סער, מעך, תאר. Reliqua vel negligunt compensationem ; & tunc Chirik æquivalet Vocali longæ , ut Sceva post se ferat : partim ad utrum-

utrumque parata sunt. Lege c. 6. §. 2. ad n. 2. de media Resch. הֵתֵל illusit assumit Zere præter necessitatem.

Ad num. 2. Pro *Zere* finali sæpe est *Patach*, præsertim si secunda vel tertia radicalis sit gutturalis aut Resch. Pauca in in Segol sæpe desinunt: in quod etiam mutatur Zere propter maccaph; uti, בִּקֶּשׁ־לֵץ quæsivit illusor, juxta addit. 20. ad num. 8. cap. 1.

Ad num. 3. Legitur Prov. 28. 14. מַלְפֵּנוּ pro מְאַלְּפֵנוּ. Participium Fœmininum in secunda radicali interdum retinet Zere masculini.

Ad num. 4. sive Paradigma. Infinitivus reperitur etiam cum *Patach* & *Cholem*. Cum ה paragogico *Zere* transit in *Sceva*, ut זַמְּרָה psallere. Reperiuntur & quæ formam Præteriti retinent, ut נִאֵץ irritando 2. Samuel. 12. quanquam videri possint Nomina.

2. Imperativus sæpe caret Dages dum litera geminatur, ut הַלְלוּ

3. Futuro legitur יְדַשְּׁנֶה pro יְדַשְּׁנָה Segol pro Kamez in ה paragogico Ps. 20.

 Ante

Ante בָּה sæpius est Patach pro Zere; præsertim in Pausâ.

§. V. De Conjugatione Püal.

Ad num. 1. Interdum est *Schurek* pro *Kibbuz.* Quamvis sæpius Kamez Chatuph. Quale est Ezech. 16.4. כָּרַּת ubi ר cum Dages est & legitur.

Ad num. 3. seu Paradigma. Gen. 2. 23. legitur לֻקֳּחָה *Chateph* pro *Sceva simplici.* Et פֻּתָּחָה pro פֻּתְּחָה

2. Participium Benoni rarissimo in usu est, & quæ esse videntur, ab aliis Nomina putantur: Jer. 22. 22. מְקֻנַּנְתִּי formâ ex Præterito & Participio mixtâ.

3. Infinitivus non est cum *Baclam.*

§. VI. De Poël.

Ex forma Poël legitur שׁוֹרְשׁוּ & זוֹרְמוּ & Psal. 101. 5. legis מְלָוֹשְׁנִי pro מְלַשֵּׁן cum *Vau redundante.* Quod Aben Esra vult esse nomen.

§. VII. De Hiphil.

Ad num. 2. Jod ex Chirik sæpissime abjicitur. Sub prima gutturali est Chateph Segol in Præterito, aliàs Patach raphatum.

2. Participium מַמְלְמִיד est quasi מְהַלְמִיד Hujus Fœmininum Pf. 19. 8. est מַחְכִּימַת alias vix legitur. Plurali legitur מַחְלְמִים somniare facientes, & similia aliquot.

3. Infinitivus sæpe in *Zere* terminatur; quod interdũ etiam sequitur *Jod quiescens*. Nonnulla quoque formam Præteriti retinent. Ponitur & א pro ה characteristica interdum more Chaldaico tum hîc, tum aliàs. Cum literis *Baclam* requirit Chirik.

4. Imperativus accedente ה paragogico est cum *Chirik*: propter secundam gutturalem, vel tertiam *Resch*, in fine etiam est Patach, ut הַרְחֵק procul amore, הַיְשַׁר complana.

5. Futurum promiscuè etiam est cum Zere. Sed ה paragogicum semper requirit Chirik, ut אַשְׁלִיכָה projiciam. וַיַּדְבִּקוּ & similia cum Sceva Chaldaismum præ se ferunt. Ante נָה semper est *Zere* sine *Jod*. Legitur & אֹבִידָה perdam, pro אַאֲבִיד, sed à יָבַד de quo infra c. 6. §. 3.

§. VIII. De Hophal.

Ad num. 1. Pro *Kamez chatuph* ſæpe eſt *Kibbuz*. Poſſet etiam Shurek adhiberi. Jud. 9. legitur הָחֳדַלְתִּי quaſi partim ex Hiphil, & partim ex Hophal, partim quoque ex interrogativo ה compoſitum. Significatio ejus dicitur eſſe eadem, quæ in Püal, & indicare paſſionem ab incerto auctore profectam: unde & Imperativo caret; cum in noſtra poteſtate non ſit, inferre vel jubere paſſionem, quæ ab incognito auctore proveniat: De quo etiam ſupra part. 1. c. 4. §. 5. n. 2.

2. Benoni inuſitatum eſt: & Participia hujus quidam Præteritè intelligunt.

§. IX. De Hitpaël.

Ad num. 1. Interdum habet ſignificationem *Kal*, ut הִתְהַלֵּךְ cum quadam tamen actionis excellentia, frequentia, aut continuatione: Præſertim quando in *Kal* uſitata non ſunt.

Ad num. 2. Rabbini ſæpe ſumunt נִתְ pro הִתְ, *Nun* ex *Niphal* deſumpto. Quando prima eſt una ex דטת, præfixa ת per Dages exprimitur. Incipientia à ס aut שׁ, eupho-


euphonicâ metathesi ponunt ה post eandem primam. Quæ à צ, mutant insuper ת in ט: quæ à ז, postpositum ת mutant in *Dalet*. Ratio est, quia ת aspiratum inclinat ad s blæsum, & ideò asperè concurreret; de quo additione ad num. 13. cap. 1. Unum legitur intranspositum Jerem. 49. 3.

Ad num. 3. Reperiuntur hîc ex *Niphal* & *Hitpaël* composita, quædam ex *Hophal*. Ezech. 5. 13. legitur הֻנֶּחָמְתִּי *Tau* contracto in Dages & Segol infra primam euphoniæ causa; ne Kamez ante alterum Kamez, quod est propter accentum, poneretur. Legitur & Num. c. 1. v. 17. הָתְפַּקְדוּ quasi הָפְּקְדוּ formâ ex *Hophal* & *Hitpaël* compositâ. Jerem. 25. 16. וְהִתְגֹּעֲשׁוּ compositum ex Püal.

2. Imperativus & Infinitivus, uti & Præteritum sæpe in Patach terminantur, ut supra de *Piel* est dictum.

3. Exodi 2. v. 2. 4. legitur וַתֵּתַצַּב pro וַתִּתְיַצֵּב stetit.





CAPUT V.

De Conjugationibus Defectivorum.

§. I. *De Conjugationibus Defectivorum in genere.*

AD *num.* 1. Sunt quædam etiam Defectiva *Pe Jod:* nimirum יָסַר, יָקַף, יָצַר־ת, יָצַר, יָצַק, יָצַע, יָצַג, יָצַב, יָנַח: quæ quidem in Præterito *Kal* usitata non sunt, præter יצר; ut dubium videri possit, habeantne verè prima radicalem Jod. Duo item afferuntur defectiva Pe Lamed: לָתַע & לָקַח.

§. II. *De Defectivis Pe Nun.*

Ad num. 1. Quia *Nun* cum suo Sceva syllabam tantùm imperfectam constituit, facilè omittitur, ubi Euphonia, & major pronunciandi facilitas id suadet.

Ad num. 2. *Nun* scevandum ante mediam gutturalem manet, ut יִנְאַף, יִנְאַץ, יִנְהַג &c. præter *Niphal* נִחַם pœnituit; נִבְעַר & נֵעַר utrumque legitur. Servant etiam יִנְטוֹר & יִנְדּוֹף.

Ad num. 3. נָתַן pro תֶּנֶת facit תֵּת : Inde cum *Nun* paragogico fit לְתֵּתֵן ad dandum. Tametsi Deut. 15. 10. reperiatur etiam נָתוֹן dando. Porrò Infinitivi isti ferè tantùm cum affixis, aut præfixis reperiuntur: per quas tamen præfixas non fit compensatio, cum illam sufficienter suppleat adjectum ת finale. Neque etiam omnium hujusmodi verborum Infinitivi usitati sunt.

Ad num. 4. Imperativi *Patach* vel potiùs *Zere*, sequente *Maccaph* mutatur in *Segol*, uti : גֶּשׁ־הָלְאָה accede huc. Cum ה autem paragogico transit in Sceva : ut גְּשָׁה, pro תֵּן fit תְּנָה. Quædam etiam, in Futuro præsertim, Perfectorum viam sequuntur. In *Niphal* legitur נִלְקַח: Unde Verbum hoc non perfectè est Defectivum.

§. III. De Defectivis Lamed.

Verbum נָתַן etiam sequente ת amittit *Nun* : ut נָתַתָּ pro נָתַנְתָּ : Isa. c. 60. v. 4. תֵּאָמַנָה & Ruth. c. 1. v. 13. תֵּעָגֵנָה Nun abjectum non compensant per Dages.

§. IV. *De Defectivis Ajn.*

Ad num. 1. Conjugatio igitur *Poël* non est propria perfectorum; sed est hujus *Pihel.* Quædam hîc loco *Poël* fiunt composita, de quibus infrà §. 7. Quædam perfecta manent: neque enim omnia duplicantia sunt Defectiva כָּהָה & similia non huc, sed ad Quiescentia pertinent.

Ad num. 2. Participia, quæ integra non sunt, potiùs Nomina censentur.

Ad num. 3. Vocalis longa præfixarum non raro in brevem mutatur sequente Dages, idque Chaldaico more.

Ad num. 4. Si quando Accentus promovetur, Vocalis corripitur: sic ex רֹנּוּ canite, fiet רָנּוּ. Reperiuntur *milra*, quæ deberent esse *milel*, Isa. 6. 12. Psal. 55. v. 22.

Ad num. 5. Epenthesis supplet pro Sceva, quod tertiæ radicali debetur.

Ad Paradigma. Multa multis locis integra sunt: nonnullas etiam ex proprietatibus *Ajn* huc translatas reperies.

2. Nun characteristica *Niphal* cum *Chirik* poni non potest; cum neque sequi possit

possit Sceva quiescens, ut patet; quando secunda radicalis omissa est, cujus esset post tale Sceva sequentem syllabam inchoare: neque etiam Dages sequi possit in prima radicali ponendum; quia in prima & ante illam nihil supplendum est. Igitur cum Kamez ponitur.

3. Ante ח tamen cum *Chirik* esse solet, quia potest; cum Dages necessariò non requirat, sicut dictum est ad n.3. §.2. cap. 3.

4. Reperiuntur in Præteritis terminationes *Zere* & *Cholem*. ita Ezech. 21. וְנָמֵס & liquescet. Interdum idem *Zere* mutatur in *Sceva* etiam Dages sublato, vocis allevandæ causa (id quod etiam aliàs sæpe fieri consuevit) quando in fine vox crescit, uti Isa. 19. וְנָסְבָה & ambietur. Similiter etiam dilatandæ orationis causa Vocalis brevis interdum in longam mutatur. *He* servile in *Hiphil* ante primam radicalem gutturalem Patach requirit, ut הַחִתֹּתָ contrivisti Isa. 9.v.4. In Hophal pro Schurek reperiuntur Kamez chatuph & Kibbuz.


5. Benoni *Niphal* terminatur communiter in Kamez ad differentiam Præteriti: quan-

quandoque tamen in *Zere*. Infra *Nun* characteristicum legitur Zere Isa. 57. 5. *Hiphil* etiam in Patach exit.


6. Infinitivus *Kal* interdum in Schurek, nonnunquam in Patach, rarò in ות terminatur. Niphal in Zere & Patach: Hiphil in Zere, & sæpe Patach, finitur.

7. Imperativus *Kal*, dum est *Milra*, *Cholem* mutat in *Chatuph*. Aliàs etiam in Patach exit. Imperativus *Niphal* in *Patach*, *Zere* & *Cholem*: *Hiphil* quoque interdum in Patach terminatur.

8. Futurum *Kal* in fine etiam *Schurek*; nonnunquam *Patach* admittit: & Kamez literarum *Etan* interdum resolvit in Vocalem brevem cum Dages. Futurum *Niphal* in *Zere* quoque & *Cholem*; & *Hiphil* in *Chirik* finitur. Etan hîc sunt sæpe cum Patach & Dages: quale Dages etiam *Vau Schurek* Futuri *Hophal* interdum efficit. חָלַל in gravibus ferè prophanare significat, præsertim dum *Etan* non habent Kamez: Si enim habent hoc, significat incipere.



CA-



CAPUT VI.

De Conjugationibus Quiescentium.

§. I. *Quiescentia in genere.*

AD *num. 1. ac 2.* Pro quiete interdum est Dages, uti supra n. 2. §. 1. c. 5. pro defectu quies. Porrò Quiescentia א tantum ista numerantur: אָמַר, אָפָה, אָבָה, אָכַל, אָחַז, אָבַד, quorum duo posteriora etiam ad §. 7. hujus pertinent. Reliqua sunt perfecta: Sicut ab אָסַף fit יֶאֱסוֹף

§. II. *De Quiescentibus Pe Aleph.*

Ad num. 1. Interdum א Futuri abjicitur. Pro *Patach* aliquando est *Zere*. Nonnunquam etiam א radicalis prima occultatur in Zere, more Chaldaico: ut אֵהַב diligam. Cujusmodi occultatio τῦ *Aleph* etiam aliàs fit. Uti dicitur אֵזִין auscultabo pro אַאֲזִין

Ad num. 2. Tametsi in *Piel* non semper compensetur Dages in media radicali, ut dictum est c. 4. §. 4. ad num. 1. tamen prima

prima radicalis gutturalis, & media Reſch compenſationem ſemper exigunt.

Ad num. 3. Prima & media gutturalis pro Sceva ſimplici regulariter amant Chateph patach cum analoga juxta n. 8. §. 2. c. 3. part. 1. pro eo tamen eſt Chateph Segol in omnibus cœptis ab א: Deinde in aliter cœptis Præterito *Hiphil* ſine *Vau converſivo*: Præterito & Participio *Niphal*, præter נִחְלָה , נִהְיָה , נַעֲוָה , נַעֲלָה , נַעֲנָה , נַעֲרָץ , נַעֲשָׂה , נַעְתּוֹר: Item in Fut. *Kal* communiter, quando media radicalis habet Patach, aut Verbum eſt Neutrum, juxta addit. 2. ad num. 5. §. 2. c. 4. Sicut etiam in Imperativo, quando ſecunda eſt gutturalis. *Hophal* denique Chateph kamez ubique requirit.

§. III. *De Quieſcentibus Pe Jod.*

Ad num. 1. Quædam in Infinitivo reperiuntur integra: Duo ex utraque forma compoſita, יְכוֹלֶת & יְבוֹשֶׁת quaſi à יְכוֹל & כֶּלֶת &c. Legitur & contractum לַת pro לֶדֶת.

Ad num. 2. Imperativus aliquando in Patach exit. Cum ה verò paragogico eſt Sceva, ut לְכָה ito: quod ה etiam interdum

dum omiſſum reperies; ut לְךָ. Quædam etiam hic integra manent. Accentu manente manet Zere in aliis perſonis, ut לֵכוּ ite, de quo infra n. 8. §. 2. c. 7.

2. Futurum ſimiliter interdum eſt cum Patach: præſertim quando *Jod* exprimitur quieſcens in Chirik more perfectorum, ut אִישַׁן dormiam. *Jod* autem prima radicalis tunc abjici ſolet, ne geminatum occurrat, ut יֵחַם incaleſcet: quod ipſum ſic abjectum interdum per Dages compenſatur. Gen. 30. legitur וַיֵּחַמְנָה dictio *androgynos*, uti ſuprà ad *Futurum Kal.* Ἀνωμάλως יָכֹל Futuri *Jod* mutat in Schurek יוּכַל.

3. Pro *Niphal* legitur נוּלְּדוּ formâ compoſitâ ex *Püal* & *Niphal*. Duo Defectiva hîc leguntur: בְּצַבְתָּ & בְּצֵתוֹ.

4. Infinitivo *Vau* pro *Jod* uſurpatur הוֹשֵׁב pro הֵישֵׁב. Infra א præfixum legitur Chirik אִוֹשַׁע. Integrum eſt וַיְיַחֵל Gen. 8.

5. In *Hiphil Vau Cholem* ſæpe deficit. Item in quibusdam *Jod* immutatum manet, ut הֵיטִיב: quod ipſum *Jod* interdum quoq; abjicitur. Legitur יוֹדַעְתִּי pro הוֹדַעְתִּי.

6. Participium integrè legitur מֵימִינִים. Infinitivo rarum est *Jod* expressum cum Zere, ut הוֹלִיד. Imperativo ה paragogicum semper est cum Chirik הוֹשִׁיעָה, alias הֹשַׁע. In Futuro ה characteristica interdum non excluditur more Chaldaico contra num. 3. §. 3. c. 4. in part. 1. Sic enim legitur יְהוֹדֶה celebrabit. Legitur & integrè אֵיסִירֵם contra fundamentum totius formæ hujus, quæ orta est ex eo, ne Jod scevatum syllabam terminaret, contra morem. pro תּוֹסִיף legitur per crasin תֹּסֵף; & תֹּסְףְ. Infinitivus *Hophal* mixtam analogiam habet הוּלֶדֶת ex Kal & Hophal.

7. In *Hitpael* legitur à יָדַע irregulariter הִתְוַדַּע *Jod* mutato in *Vau*. Sic à יָכַח leges הִתְוַכַּח. Inde Nomen וִכּוּחַ disceptatio, & à יָדָה וִדּוּי confessio, apud Rabbinos.

§. IV. *Quiescentia Lamed Aleph.*

Ad num. 1. Pauca habent secundam radicis terminationem, de qua supra addit. 4. ad num. 3. §. 2. c. 4. ut יָרֵא timuit. Quæ

Quæ in secunda & prima persona Zere retinent, ut יָרֵאתָ : secundâ Fœmininâ omittitur Sceva מָצָאת : communiter tamen: nam interdum reperitur.

2. Universaliter hîc notandum, quod forma *Lamed* א facilè transeat in formam *Lamed* ה & vicissim. Sic legitur Ruth 2. וְצָמַת pro וְצָמִית tanquam à צָמָה. Sic מָלוֹ , נָשׂוֹ &c.

3. Verbum בֹּא est compositæ anomaliæ, de quo infra §. 7. hujus ad n. 3.

4. Participium Fœmininum specialem formam habet. v. g. pro מוֹצֵאָה dicitur מוֹצֵאֶת & contractè מוֹצֵאת. Sic pro נִפְלְאָתָה & נִפְלָאת legitur נִפְלָאָה Infinitivus *Kal* cum *He paragogico* Cholem transfert ad primam radicalem juxta addit. 9. ad n. 7. in §. 2. c. 4. ut לְטָמְאָה & pro Kamez chatuph sub prima radicali quoque est Chirik, ut לְיִרְאָה ad timendum, pro Chirik quoque Patach aut Segol. Quod autem ת assumat Infinitivus, est ex addit. 2. hujus. Et בְּשֹׂאת pro שְׂאֵת dicitur שְׂאֵת & שֵׂאת

Ad numer. 2. Mixtam formam habet וַהֲקֵאֹתוֹ Prov. 25. ubi Zere ante א est ad formam præsentem : Cholem autem post א ad formam quiescentium *Ayn*, de quib. §. 6. infra.

Ad num. 3. יְשׂאוּנְךָ fit propter *Nun* paragogicum Psal. 91. & תְשֶׂאינָה assumpto *Jod* per additionem 2. ad numerum 1. hujus.

Ad num. 4. Legitur מֵחֲטוֹ à peccando, *Aleph* per Apocopen omisso. Item לְרֹא ad timendum per aphæresin primæ literæ. A יָצַב legitur Futurum אֶצַּב juxta modum, quiescentium, de quo §.3. hujus n. 2.

§. V. *Quiescentia Lamed He.*

Ad num. 1. Mutant *He* aliquando in *Jod*, ut חָסָיָה Psal. 57. pro חָסְתָה. Mutatio autem fit utique propter cacophoniam evitandam, quæ ex duplici ה resultat. Unde si quando pro ה ponatur א, mutatio non intercedit, uti legitur גָּבְהָא. Est & forma contracta עָשָׂת pro עָשְׂתָה. Quod autem Exod. 1. legitur וָחָיָה vivat illa, videtur esse à חָיִי.

Ad

Ad num. 2. & 3. Participia aliquando ה mutant in *Jod*, ut בּוֹכִיָּה Thren. 1. flens. Nec nunquam in ת, ut פּוֹרָת fructificans. Sed & in א, ut תְּלוּאִים pro תְּלוּיִם, utique ad formam *Lamed Aleph* quam ad num. 1. §. superioris diximus huc sæpe insinuari.

Ad num. 4. *He* absorbendum convertitur interdum etiam in *Jod*, uti in Participio; ut נְטוּיו. Item in א, ut נְכֹאוּ. Aliqua tamen retinent ה ad modum Perfectorum. Distinctio Activi & Passivi pro Chirik & Zere non est sacrosancta; cum utrumque ferè promiscuè ubique adhibeatur. Leguntur & integra, ut Ezech. 31. גָּבְהָה. Interdum *Jod* litera excidit, ut בָּנְתָ pro בָּנִיתָ. Nonnunquam in א mutatur ut רָצְאתִי. Quin & in *Vau*: ut שָׁלַוְתִּי pro שָׁלִיתִי. Legitur & Kamez pro Chirik אָתָנוּ venimus, ad modum *Lamed Aleph*.

Ad num. 5. Interdum *Jod* omittitur post Segol תַּעֲשֶׂינָה: aliquando vertitur in א ut תִּקְרֶאנָה.

Ad num. 6. Participia reperiuntur cum Zere aliquando, etiam *Hiphil:* nonnunquam cum Kamez. Participia *Püal* & *Hophal* usitata parum sunt מְשֻׁתַּחֲוִים. Participium *Hitpael* ex *He* mutato in *Vau*, ut dictum est supra addit. ad num. 4. hujus. Ex quo etiam cum Præterito legitur Ezech. 8. מִשְׁתַּחֲוִיתֶם. Imperativi Zere interdum ad Futurum quoque transfertur.

2. Legitur & רַבֶּה cum Segol Imperativo. Porrò Infinitivi ה ultimum in Vau aliquando mutatur, ut רָאוֹ videndo; sæpius in א. Sed & leguntur duo הוֹדוֹ & הגוֹ Kamez priore in Cholem converso.

3. Alia Infinitivi forma est גְּלֹה cui additum legitur *Nun* paragogicum. Chaldaicæ formæ sunt הֱיֵה esse רְאֵה videre. Speciale est לְרַאֲוָה ad videndum, cum ה paragogico, & tertia radicali versa in *Vau*.

4. Futuro additur etiam ה paragogicum, ipso ה radicali tunc mutato in *Jod* mobile, uti Psal. 77. אֶהֱמָיָה perstrepam. Metathesis est Jer. 18. תֶּמְחִי pro תִּמָּחֶה

5. Ab הָוָה Futuro legitur יְהוּא pro יֶהֱוֶה, ſicut etiam תְּהִי pro תִּהְיֶה contractum ab הָיָה: ſimiliter יְחִי à חָיָה.

6. Cætera quæ de Futuro leges, facilè ex dictis intelliges. Illud ſpeciale eſt: Apocopen hîc eſſe frequentiſſimam accedente Vau verſivo, manente Chirik ſub literis *Ethan*, & Segol ſecundæ radicalis infra primam revocato, ut יָגֶל pro יִגְלֶה. Infra tamen gutturalem pro Segol eſt Patach וַיִּחַן & caſtrametatus eſt: וַיִּמַח & delevit: accentu, ut vides, etiam retracto. וַיֵּאת & veniet contractum eſt pro וַיֵּאת Hic mappicatur ה relictum in כָּהָה ut ſit וַתֵּכַהּ.

7. In eadem enim apocopa literæ *Etan* ſæpiſſimè aſſumunt Zere. Quâ ratione etiam tranſpoſitè legitur וַיֵּתֶא pro וַיֵּאת.

8. Quodſi autem altera radicalis ſit una ex *begadkephat*, contractio fit ſæpe in duplex Sceva, literis *Etan* Chirik vel Zere ſervantibus, uti וַיֵּרְדְּ & dominabitur תֵּשְׁתְּ bibes. Pro priori autem Sceva poteſt & Patach eſſe ſub gutturali, ut וַיִּחַר: quò referas וַיַּרְא. Quod ſi verbum fuerit defe-

ctivum *Lamed Nun*, una solùm thematis litera remanet, ut וַיִּז à נָזָה.

9. In *Niphal* eadem apocope solam literam ה cum prævia Vocali tollit: ut וָאֶפַּת pro וָאֶפָּתֶה. In *Piel* similiter תְּכַס pro תְּכַסֶּה. In *Hiphil* duplex Segol facit, ut יֶפֶר pro יַפְרֶה, sicut etiam in Imperativo הֶמַח, וַיַּעַל: quamvis & contractio fiat in duplex Sceva יֵרְדְּ dominari fecit. In Hitpael וַיִּתְגַּל pro יִתְגַּלֶּה.

10. Apocope ה fit interdum sine *Vau* conversivo: ut in *Pihel* צַו manda.

§. VI. De quiescentibus Ajin.

Ad num. 1. Interdum interponitur א factum ex *Vau* vel *Jod*, ut קָאם. Similiter in Fœminino א mobile רָאֲמָה Chaldaicum est שָׁבַת Ezech. 46. pro שָׁבָה. Speciale est שָׁתוּ posuerunt Psal. 49. pro שָׁתוּ quasi à שָׁתַת: sicut etiam accentus interdum in ultima legitur.

Ad num. 2. Quædam sunt cum Zere ut מֵת moritur: & aliqua cum Cholem, ut אוֹר luxit. Et Zere quidem mutatur ut Kamez; videlicet in Patach, quando sequitur Sceva mutum, ut קַמְתָּ, מַתָּ: Cholem

lem autem toto Præterito manet, ut טובו boni ſunt, accentu manente: at moto accentu, tranſit in Chatuph, ut בֹּשְׁתֶּם. In Participio manet Zere in מֵת ſicut Kamez in קָם: neque enim à Præterito differt.

Ad num. 3. Infinitivo etiam Cholem reperitur, ut & Futuro, legitur tamen & אֵבוֹשׁ compoſitâ formâ ex יָבֵשׁ & בּוֹשׁ. Cholem autem mutatur in Chatuph, dum accentus retrocedit, uti וַתָּשֹׁב. Si tamen ultima eſt gutturalis aut *Reſch*, pro Chatuph erit Patach. Quando poſt Schurek in fine additur *Nun* paragogicum, priùs Kamez abit in Sceva, accentu moto, ut יְקֻמוּן.

Ad num. 4. Cholem eſt ex tertia forma Perfectorum, de qua ſuprà addit. 4. ad n. 3. §. 2. c. 4. quod etiam in iisdem perfectis interdum *Niphal* retinet. Idque ad diſcrimen defectivorum *Aïjn*: cum quibus Kamez infra *Nun* characteriſticam communi lege utitur. Legitur tamen נֵעוֹר excitatus ſum. Cholem in ſecundis & primis perſonis fit Schurek euphoniæ cauſâ, tametſi

non ſemper. Sic dicimus נְקוּמוֹת : ne duo Cholem concurrant.

Ad num. 5. Reperitur etiam terminatio Zere; Si tamen tertia ſit gutturalis aut *Reſch*, ſæpius eſt Patach. A בּוֹשׁ eſt הוֹבִישׁ pudefecit formâ compoſitâ ex quieſcentibus *Pe Jod*. Invenitur & aphæreſis literæ ה. Uſitata quoque hîc eſt alia forma omiſſo Cholem, uti הֲקִמֹתָ הֲקִמֹת הֲקִמֹתִי

2. Infinitivus eſt cum Zere, ut diſtinguatur à Præterito: hinc cum litteris *Baclam* Chirik redit. Imperativus ferè Chirik aſſumit cum ה paragogico. Frequens autem hîc eſt aphæreſis characteriſticæ: ut שִׂים pone, pro הָשִׂים, maximè in iis quæ Imperativo *Kal* ſunt deſtituta. Futuro reperitur & Patach pro Zere, ſub gutturalibus, aut potiùs pro Segol accentu retracto.

Ad num. 6. Reliquorum temporum, quibus eſt in duplicantibus, epentheſi non indigent Quieſcentia. Rationem habes part. 1. cap. 7. §. 2. num. 13. Tametſi interdum etiam in illis legatur epentheſis.

Ad num. 7. In duplicantibus tertia litera ad radicem pertinet, hîc tantùm ad formam Conjugationis. Hinc etiam *Vau* ibi

ibi rariùs, hîc frequentiùs exprimitur tanquam hîc radicalis. In paucis ſervatur perfectorum ratio, ut קִיֵּם erexit. Quæ verò poſt *Vau* vel *Jod*, tertiam habent *He*, hujus loci planè eſſe non poſſunt: unde הָיָה *Jod* mobile habet.

Ad num. 8. Quod *Jod* in nullo planè faciat aliam conjugationem quàm *Vau*, mihi quidem efficax argumentum videtur eſſe, Quieſcentium *Ayn* ſecundam radicalem nequaquam eſſe vel *Jod* vel *Vau*, ſed potiùs *Aleph*; *Jod* autem & *Vau* eſſe characteriſticas Infinitivi; hoc quidem in *Kal*, quaſi ſit קוּם pro קְאֹם: Illud verò in *Hiphil*, ut ſit לִין pro הָלִין, uti contendit, & mihi ſanè perſuadet Piſtorius. Cujus cætera argumenta ſunt; quia aliàs tertia *Kal* deberet repræſentare radicem, & conſequenter *Vau* & *Jod* in Kamez quieſcere, quod eſt abſurdum. Deinde quia א ſæpe expreſsè legitur ut קָאם & דָּאג piſcis Nehem. 13. 16. Præterea quia verba, quæ habent ſecundam *Jod* vel *Vau*, eaſdem ſemper mobiles habent; ut אָיַב, אָוָה, חָיָה, קָוָה, קִיֵּם &c. de quib. num. præcedente. Denique quod in Syriacâ & Chaldaicâ linguâ א exprimatur. Quod autem Lexicographi

verba

Verba illa non nisi in Infinitivo exhibuerint, ex eo videtur profluxisse, quod *Aleph*, quia nunquam audiebatur, sicut superfluitatis osores sunt Hebræi, cœperit omitti; unde rudiores occasionem sumpserunt existimandi nullum א ne quidem implicitè adesse: & quia tres literas radicales inquirentes, non reperiebant tres nisi in dictis futuris, concludere cœperunt *Jod* & *Vau* radicales esse.

§. VII. *De Verbis Compositis.*

Ad num. 1. & 2. *Piel* impresso Dages forti etiam unam literam æquivalenter geminat, aut repetit. Unde patet quare Verba composita de quibus hîc, rectissimè ad *Pihel* pertineant. Quænam autem hujusmodi & quomodo sint usitata, lectio ostendet.

Ad num. 3. Sunt & composita ex dupliciter quiescentibus; ut קוֹא vomuit בּוֹא venit, quæ quiescunt in *Ayn* & *Lamed*: unde ad utriusq; se normam conformant. Sic legitur in Futuro Kal תְּבֹאֶינָה Præterito *Hiphil* הֵבֵאתָ & הֲבִיאֹתָ, & in Futur. תְּבִיאֶנָה. In cæteris ad modum quiescentium *Aÿn* inflectitur idem בּוֹא: sed in omnibus usum attende.

CAPUT



CAPUT VII.

De Permutationibus Vocalium.

§. I. *De Mutatione vocalium propter concursum.*

AD *num. 1.* Etiam consonantes certæ certam ad sese invicem cognationem habent: videlicet labiales inter se, dentales inter se, &c. de quibus part. 1. cap. 1. num. 3. ratione cujus in certis etiam juribus & privilegiis communicant. Cujusmodi habes part. 1. cap. 1. num. 5, 9, 14, 15: & part. 2. cap. 4. §. 9. ad num. 2. de dentalibus; & aliàs sæpe. Porrò propter hujusmodi analogiam solent Vocales longæ suppleri per breves sibi analogas cum Dages, & vicissim: prout exempla ubique obvia ostendunt.

Ad num. 5. *He* emphaticum non solet adhiberi ante constructum aut habens suffixum: Attamen etiam tunc literæ כלב sæpe accipiunt punctum ipsius ה, sicut Isa. 24. 2. כַּגְּבִרְתָּהּ. Diximus de *Vau conversivo* supra c. 3. §. 2. quibus hîc adde, quando sequens dictio habet in prima syllaba Accen-

Accentum, tunc ipſum Vau converſivũ non mutare Accentum propter difficilem concurſum: ſicut neq; mutat in prima Plurali. Combina add. 21. ad n. 8. c. 1. Porrò privilegium ipſius *Vau* verſivi tum in mutatione Vocalium, cum in retractione Accentûs habet etiam particula אַל ut אַל תִּלָּֽחֶם pro תִּלָּחֵם

Ad num. 15. Leguntur quædam terminata in Segol præcedente Sceva; quod tamen Sceva videtur poni pro Segol, ut loco in part. 1. citato moneo, nimirum infra c. 10. §. 1. ad num. 1. Sunt quoque, in quibus præcedit Kamez, de quibus cap. 10. §. 9. ad num. 1. addit. 3. Sed illa hoc loco non dignamur, cum Participiorum titulo ſolùm videantur Segol nanciſci: & ideò penacuta non ſint.

Ad §. II. De Permutationibus propter Accentum non videtur operæ pretium aliquid addere.

CAPUT



CAPUT VIII.

Ad §. I. II. & III. nihil occurrit addendum.

§. IV. Explicantur versus §.1. cum Exemplis §. 3.

AD *num.3.* Kamez in penultima manet, quando supplet Dages. Sic Gen. 50. 9. legis בְּרָשִׁים à Singul. פָּרָשׁ eques deducto à *Piel.* Plura exempla habes infra c. 10. §. 2. ad num. 2. addit. 1, 2, & 3. item cap. 10. §. 5. ad num. 3. nec non cap. 10. §. 9. ad num. 1.

2. Manet quoq; in Verbalibus quiescentium *Ajn*, quando Kamez supplet pro quiete mediæ literæ. Sic בָּמָה excelsum facit בָּמוֹת etiam in regimine; pro quo aliquoties etiam legitur בָּמֳתֵי. De his est regula infra c. 10. §. 7. ad n. 3. 4. & 5. sicut etiam p. 1. hîc n. 3.

3. Kamez idem penultimæ syllabæ servant Verbalia ex quiescentibus *Lamed He*, quæ habent Kamez ante Segol, de quibus infra cap. 10. §. 9. ad num. 1. addit. 3. sed propter ה finale abjectum idem illud Ka-

mez

mez poteſt cenſeri ultimæ ſyllabæ : & ibidem ad num.4. additione 2. terminata in ה præcedente Schurek.

4. Manet præterea Kamez infra heemanticas defectivorum *Ayn*, ut habetur P. 1. c. 10. §. 5. n. 5.

5. Item à שָׁלִישׁ tribunus fit שֲׁלִישִׁים ad differentiam שְׁלִישִׁים triginta : & שָׁבֻעוֹת à שָׁבוּעַ ſeptimana, ad differentiam שְׁבֻעוֹת & שְׁבֻעִים à שָׁבוּעַ juratus.

6. Legitur etiam 1. Reg. 12. קָטָנִּי minimus meus; quamvis à קָטָן habeatur Fœmininum קְטַנָּה.

